
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Liber Bibliothecae Academicae
publicae Senkenbergianae.
Rep. No.

Bibl. Senck
Hs. 121 F. 51.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

I

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Forstnerorum ac aliorum Illustrium Virorum epistolæ

ad

JOHANN. HENRICUM BOECLERUM.

ex autographis desumptæ

Epist: 1.

Illustris Patrone

Haud facile Tibi verbis expressero, quam tenero gaudii sensu, Te veteris clientuli, etiam inter gravissimi momenti negocia, constanter memorem extitisse, ex humanissi-

mi

mis Tuis literis intellexerim.
Gratias tibi ago maximas,
Domine pro habito hoc mihi
honore Tuig in me amoris
ac benevolentiæ indubio argu-
mento. Ego, si nulla alia re
potuero, saltem grata recor-
datione custodiam officia tua,
et merites, inter cordatos
laudibg prædicabo. Ideo, a-
ge, animo post alios, in apud
clarissimum Collegam Rectitu
nostrum, quem mihi & virtus
et mores et multiplex eru-
ditio, statim ab adventu meo
mihi conciliaverunt amicum

Tuig

saepius de Te mentionem faceis,
quam Ille hilari vultu excipit,
et Nominis Tui celebritatem
debita mecum reverentia colit.
Processissem ego ulterius et da-
tis ad Te litteris aperuissem
libenter, quam nullo tempore ex-
ciderit memoria, quicquid in
Te tanto viro suscipi debet,
si continuo peregrinationes,
quas jussu Serenissimi Wirten-
bergiae Ducis, obivi, integram
et sine cura ac sollicitudine,
muneris ex fide implendi, li-
bertatem reliquissent, imo, quam
hoc impedimentum potentius
fuit si commissa industrio

Tuo

Tuo Eminentissimorum Prin-
cipum negocia, privata com-
pellatione postinuissem morari.
Et ne nunc quidem occupatio-
nibus Tuis, seu privatis seu pu-
blicis importuna, scriptione
intercederem, nisi silentium pro
ingratitudine esset, postquam
adeo benigne polliceri mihi of-
cia Tua, gratularig dignatus
es ministerium, quod ex con-
scientia tenuitatis meae, et
imparium huic oneri virium,
multoties et serio deprecatus,
tandem cunctanter, et tam
Principis desiderio, quam hor-
tatu

tatu quorundam exprobantium
vitæ privatæ inertiam, fati-
gato properodum passus sum
imponi. adeo vos arrogantiæ,
non affectationi, non malis
artibus hoc iter ingressus sum.
Hinc divinam vocationem, et
ex ea fiduciam auxiliatricis
providentiæ concepi, reditum
aliquando, ad volente Deo, ad
illius vitæ professionem, quæ
nec pervigilibus curis occupata,
nec improbis aularum artibus
infesta, vacuum ab istis ani-
mum, Deo & sibi felicius im-
pendit. Nec obstiterint con-
silio, ut memini obloquentium

vos

non neminem, Reipublicæ desti-
nandi labores. Nihil opera
mea cessante, capiet detrimenti.
Immo in ocio privato virtute
professus, efficacius prodero
in publicum, Exemplo. Vale
dabam Durlaci 6. Martij 1667.
Tibi Illustris Patrone

Cum vera observantia
perpetuum addict:
W. Forstner.

Epistola 2.

Illustris Patrone.

Destinaverat in Argentora-
tum Amplis. Collega Rectig
noster, quo professionem pro
fra-

trahente distuli et ego provi-
sentis tuis litteris respondere
ac humanitati tuae gratias age-
re, qua priorem e serfolam
meam gratam fuisse significa-
cas, et si quid mihi procuran-
dum apud vos, iterum officia
tua serio polliceris. Ego, Do-
mine, qua ingenuitate te ista
prescribere certissime scio, ea
etiam audebo in posterum fa-
miliam tuam ad operam mi-
hi navandam sollicitare, qua,
ne hactenus usus sim uxoris
meae diligentia effecit, quae

prot.

proteritis proxime nundinis
Francofurti per Accessitudi-
nes suas comparari & adverso
Rheno huc comportari cura-
vit, quo deinceps Argentora-
to commodius poterunt ac-
iri.

Ad Keckium nostrum ut rede-
am, sunt equidem animad-
vertere hactenus potui, il-
lum gratia Principis exci-
disse, qui hominem officio fun-
gi passus, nihil etiam, quod
sciam, inclementer in eum diri-
se constat. Illud, sine dubio
Keckium male habet, quod pau-

culos

culos ante annos, Principis
domi foris q individuus Comes,
secretorum eum conscius &
minister, jam non obscure
contemptui sit, illius erudi-
tionem solertia maligna ja-
ctantibq scholo quam publicis
usibq aptiorem, quo locum ipsi-
us occuparent fallaces & im-
pares. Ego vero istis diebus
non sum veritq apud Principē
contra disserere: adeo non
inutiles reipubl. Keckii litte-
ras, ut si usus et negocia
accedant, plurimum momen-
ti & decoris sint allaturas.
Huic opera mea qualicung,

an

an obtrectatorum contuma-
cia sit provalitura, Deus
viderit. Ipse sane Keckius
diffitere videtur, et mallet utiq
abeundo cedere malevolis, si
te magno Proxeneta et Com-
mendatore Precio servire
contingeret. Mihi certe
grave esset amittere talem
amicum sed jacturam istam
melioris Keckii fortuna sola-
tio, aequo animo ferrem. Va-
le dab. Durlaci. 21. April.
1607.

Tui Illustris Patronae
reverentissimus

W Forstner

Sp.

Epist: 3.

Uxor mea per civem Francofurtensem cui Argentorati nomen accepti optimi feriam Argentorati comparari, et secundo Rheno in proximam vicinam huc deveki, curabit. Et ne impune mihi familio Tuo operam in talibg promiseris, duxi sum Wesselium jubere precium accepti à te accipere, instantibg nundinis vestris per mercatorem aliquem nostratem restituendum. Quod si petitione hac tibi molestg sum, Domine, non mihi ma-

gis

gis, quam Tua humanitati, quo istud flagitandi fiduciam fecit irascere. Vale Durl. 2 Jun. 1687.

Tui, Illustris Patrone reverentissimus

W. Worstn:

Epistola 4.

Illustris Patrone.

Occupatissimo tempore, uno verbo significabo, recte mihi traditum esse dolium aceti, et me gratias Tibi Domine, agere maximas, quod utilem mihi operam et in hoc prostitisti, et deinceps in similibus navaturum

turum benevolenter polliceris,
Erit & mihi curæ, ne officia
Tua apud ingratum perdideris,
ubicunq Tui inserviendi occasio
se dederit. Deus Te, Domine
servet cum ornatissima conjuge
& liberis. Durlaci ante D. 9.
Cal. Jul. CIↃ. IↃ. CLXVII.

Tui, Illustris Patrone
reverentissimus
M. Torsner.

P. S.
Mercator qui has litteras red-
det, simul pecuniam quam pro
aceto erogasti, restituet.

Epistola 5.

Ill. Patrone.
Non est quod sollicitus sis de
aceto

aceto, cujus advehendi curam aliis relinquens, à Te tantum modo precii solvendi operam ausus sum petere, et commodū hac ipso hora se obtulit hic auriga, cui Nesselius doliū illud tuto commiserit pecuniam proxima hebdomade per mercatorem nostratem fidum, bona fide, et cum debita gratiarum actione restituam. Vale, Domine & me amare perge. Durc. ante d. 16. Kal. Julij CIↃ. IↃ. CLXVII.

Tui Illustris Patronę
reverentissimus
W. Forst.

Epistola 6.

Monsieur

Si vous écrivez demain à Mons: Boecklet, je vous prie, après l'avoir assuré de la continuation de mes très humbles services, de lui dire, qu'assurement, je me serois déjà mis en chemin pour aller à Strasbourg, si ce tems fâcheux ne me faisoit douter, de pouvoir passer les eaux et marescages avec un Carosse, du côté de Strasbourg et de Schwartzach. C'est ce qui me fait differer le voyage cette semaine; au reste, ma resolution

ss

est fixe, de l'entreprendre, de tem
que je le pourray, sans danger cien
Au pis aller, ma femme ——— stit
demeurera ici et j'y irai à pro
cheval; Monsieur Spindler y libg
va en deux ou trois jours; quor tar
qu'il soit de mes amis, je ne dee
luy ay rien dit de mon desseincur
Jésus Monsieur Vostre treſh et giſs
Le 1. d'Oct. 1667. treſaffectionné Serv Cpſe
W. Forstman

Epistola 7.

Illustris Patrone.

Venit ex nec opinato uxori con
meo desiderium videndi ar ci
gentoratum, et quamvis ann
temp

tempus minus jam itineri faciendo commodum dicerem; institit tamen illa, opus sibi esse presenti hyeme, nescio quibus pelibus, nullibi quam eo loci prestantioribus. Nolui igitur ne deesse mulieri seu solicitae seu curiosae, imo, petita a Serenissimo meo Principe venia, ipsa eo comitari illam, Deo juvante constitui, intermissum aliquandiu literarum commercium, prolixiori colloquio compensaturus. Vale Dorlaci ante d. 3. Kal. Febr. CIↃIↃCLXVII.

Tui Illustris Patronae
reverentissimus
W. Forstner.

Epistola 8.

Illustrissime Patrone.

Valde doleo, me per quatuor abitum Dn: Gregorij, incertum ideus iter, non licuisse satisfacere Tuæ petitioni; spero tamen me vel Stutgardiæ vel Ratisbonæ, propediem aliquid de ipsius vestigiis doctum iri. Interea litteras inclusas, retromittere volui, ut si, dum ab amicis responsum expecto, forte ex re cuperato de illo comperias, statim & sine ambagibus negotium conficiat. Audeo protere

Te,

te, Domine, rogore ne offendaris libertate quorendi, quid sentias de discursibg, ut vocat autor, Joh. Andr. Burgoldensis, ad Instr: Sacris. Primum non constat mihi de nomine, vero an ficto. Opus deinde ipsum, quantum per occupationes officii licuit, opera festinante vidi hinc inde. Non soleo, imperitg publici juris, temerarius censor, judicium mihi sumere de istis scriptoribg. Et habet tamen hic Burgoldensis, in quibus etiam mei similis lector, im

bec.

becillitatem judicii deprehen
dat. Exequit operose minu-
tias et ut majus fastidium
fiat, ab instituto argumento
plus quam alienas. Cui enim
persuaserit, ad tabulas pacis
pronaster: pertinere, quos-
nam e sacro Baptismat. fon-
te susceptores habuerit Le-
renissimus Palatinus Electo
quo illi, & quam invidiosa
munera attulerint. An
putat curare Imperii Statu
quod Concionator aulicus
in Frisia orientali, singuli
mensibus sacra Domini coe-
na

no fructus, et si aliter fiat,
mutationem Regiminis me-
tuit! et quo hujus schemati;
plura occurrunt. Homines
deinde ad varios lectionis o=
stentationem producit quosdā,
nec nominis ejus, nec meriti,
ut in materia quam suscepit
tractandam, pure laudari pos-
sint. Omitto quodam in Wir-
tenbergii descriptione mani-
festo falsa. Redeo ad id quod
dicere occupavi, me in ne-
minis scripta injurium tamen
extra culpam, spero, futurum
si quo legentem soluere mo-
rari innoxia professione,

ad

ad magnorum virorum judi-
cium detulero.

Francofurti, proter phar-
macopolam ad aureum caput
et ipsius uxorem hactenus ne-
minem peste extinctum, no-
vissimis meorum literis rela-
tum est. Domus ipsa statim
clausa, et officino ministri
in hortum extra urbem rece-
dere jussi.

Captum gravissimis de causis
consilium abeundi, non mu-
to sed neo precipitanter & co
cum suspicione levitatis ex
qui volo. Ubicung autem

quero

fuero, me Tuo favori, arden-
ter commendatum desiderabo
vale dab. Durl. ante d. 5. Cal.
Dec. CIↃ. IↃ. CLXVII.
Tui, Illustr. Patrone rever.
W. Forstner.

Epistola 9.

Illustr. Patrone.

Avide & cum magna volu-
ptate literas perlegi, quibus
que genium operis Burgoldensis
plene edocuisti, et gratias qua-
debeo, agendo pro hac opera,
& caterum de debito talibq; offi-
ciis silentio et fide, securum
te esse jubeo. Amplissimq;
Keck.

Keckius noster et Pastor Ge[illegible]
gorij; ad se invicem scribendi Un[illegible]
literas, rationem inierunt ver[illegible]
Tuas igit, si ita videbit, vbi t[illegible]
ad Gregorium illum perferopc[illegible]
curet, Keckio committere pote dipp[illegible]
ris Vale. Dab. inter occupamen[illegible]
tiones tumultuarias, prid. Petit[illegible]
Dec. CIↃ.IↃ.CLXVII. bitr[illegible]

Tui, Illustrissimo Patrone[illegible]
ne, reverentißimq
W. Fortner. Roc[illegible]

com[illegible]

Epistola 10.

Illme Patrone. fere[illegible]

Fu ipse, credo, facile conjecetut[illegible]
ris, quanto molis negocium ipse[illegible]
sit, difficilimis istis temporibuc[illegible]
Jun[illegible]

Gre ſum a debitoribg conſegui.
ndi unde agre ſane fero, quod toli
nt venerando Collegio Romano,
ut & tibi ſpecialiter, exigua adeo,
ſpe operam utilem navandi, ſpes
ote dilpareat. Et ne veſtram ta-
uſpamen de me fiduciam plane de-
. petituam, faciam quod eſt ar-
bitrii & virium mearum ac Le-
Patrenissimo Principi negocium
ne. hoc cum ſeria aquitatis ſua
commendatione fideliter re-
feram. Interea non abs re
ſpe futurum crediderim, ſi & vos
ium ipſi hac de cauſa Principi
orib meo ſupplicaveritis, ſuis dein
cepr

ceps Provincia Ordinibus so-
lutionem, quantum per attri-
tas ipsorum fortunas possibile
erit, injuncturo. Vale & or
patissima tua matrona à co
juge mea salutem prolixissi
mam nuncia. Durlaci die
25 Dec. 1667.

Tui Illustrissimæ Patronæ in
reverentissimo W. Forst-

Epistola II.

Illme Patrone

Non fefellit te conjectura
me ex charissimi fratris ob-
tu acerbissime iri afflictum
Laidni enim moerentem pr
sterneret cogitatio, quantâm
in

in homine fecerim jacturam,
qui natura germanus frater,
à puero inde, me longa amoris
serie plus quam paternis bene-
ficiis prosequutus, tenerrimi
amoris constantiam, ad ultimum
usq vitæ halitum produxit, et
in ipso expirandi articulo, pra-
sentium filiorum fidei ulti-
mum mihi vale dicendum com-
misit. Non barbaro adeo fum
pectore, ut talia sine lachry-
mis audire pustineam, et fa-
vior, crede mihi, est luctus
meus, quam ut verba, pro
ægritudine sua expedire vale-

at

at, quantumvis suppeditaret facundia. Unum mihi solatium porrigit, beatissimus meus Christophorus in Coelis, et superest in animis amicorum memoria, quae tandemum firma & illustris perpetrabit, si eam eloquentia Beckeri dignata fuerit consecrare aeternitati, quod officium, tametsi statim à morte nuncianda, tacitis votis desiderarem petere tamen non sum ausus. Nunc vero, Illustrissime Patrone cum ipse pro bonitate tua illig spem facias,

patero

patere Te, quoso ad veteris ac
fidissimi amici parentationē
invitari exorari. Succede-
mus ego & Nepotes mei in obli-
gationem defuncti, et quem
ille Nomini ac meritis suis
honorem detulit, nos pari ve-
neratione, et solicita obsequio-
rum nostrorum demonstratio-
ne continuabimus. Vale Dum.
15. Jan. 1688.

Tui, Illustrissime Patrone
Reverentiss. J. W. Forstner.

Epistola 12.

Illustrissime Patrone.

Tua, petitionibus meis annu-
endi facilitas, Te iterum
rogandi

rogandi audaciam fecit, ut
literas istas ad Nepotem me-
um Henricum perferri, bene-
volenter curet, quibus ille mo-
neretur exculere, Scripta pater-
Si ipse forte defuncto, cursum
suo vitae & seriem complexus,
dubiam propinquorum narra-
tionem, in iis presertim quae e
vel ante nos nati, contigerunt
vel pueris nobis, et vix confu-
recordantibus referebat, subleva-
re voluerit. Si nihil ejus mod
repertum fuerit, congeremur
quae certa adhuc memoria cu
Stoding, Tibig, Illustrissimo
Patrono

Patrone, cum repetitis precibus mittendi, ut Tua potissimum penna, pietatis erga Torsperum Tuum officio fungatur, mihi, crede, in luctu mei acerbitate solatio erit, si inde quoque orbi erudito constiterit, inter amicos selectos Boecklerii, quem etiam Christophorum Torsperum. Vale Durlaci. 4. Cal. Febr. 1684.

Tui, Illustrissime Patrone
reverentissimus W. Torsperus.

Epistola 13.

Illustrissime Patrone.

Nihil amplius per dispersas
Deo

hinc inde schedulas, quas ne vir
pos Henricg cum cura col. def
legit. de vita serie desideratj ista
simi mei fratris haberi potui neg
mg, quam quo, & ipsa per sulcent
ma tantum capita, celeriter giu
in chartam congesta, Pastor qui
post funebrem orationem re citc
citanda filii tradiderunt. quer
Ex iis pueritiam, adolescent colu
am & suprema vito nascen
tibi exhibeo. Media per seruu
patent, ex quo, eruditorum ipsu
rore et testimonijs bonorum
nomen aliquod est adepturi
Nihil igit addendum occurrit
rit, nisi quod inter claros do
vir

virorum nomina, a quibus
defunctum profecisse, scripsit
ista Germanica, Mathias Ber-
neggerus non meret ingrato si-
lentio proteriri. Nec contin-
gius sua laude fraudandus,
qui hominis nunquam visi ami-
citiam solicite ambivit, & fre-
quentibus deinde literis studiose
coluit. Inter magnates qui
Christophorum meum amave-
runt, post Serenissimum Ludol-
phum Augustum Brunsvicen-
sem, loco Principe nominandus
stupenit Illustrissimus Trautman-
dorffii Comes, Aulae Ferdinan-
do Caesari, fratrem meum in
Com-

Consilium Imperatoris studi
cum adiscendi. Illud credo,
ad Specimen pietatis pertinet
quod ab annis jam 68 sepositu
quantum per officii necessitate
licebat, studiorum civilium cur
S. Patrum lectioni animum pot
simum intendit. Potiscimum
inquam, nam & notas suas poste
riores in Tacitum, et Episto.
las aliquot de pace Ironaste.
rienfi, ut scis, per hoc tempus
sed ita conscripsit, ut ista oc
cupatio præcipuis, id est, sa.
ctioribus meditationibus nihil
demeret. Sicut & Tacitum
omnium, etiam novissimarum
pere

peregrinationum comitem p-
petuum habuit, devotionis tame
animo sanctorum, quos sinus
circumferebat, Bibliorum &
& sacrarum precum volumina
evolvebat. Si quid ex pauci
istij commendationem meret
ad posteros, tua tantum de-
lectrissime Patrone, penna,
ab oblivione & interitu, cum
gloria vindicabit. Vale. Durl.
4. Martij. 1668.

Tui Illustrissime Patronae
reverentiss. W. Forsner.

Epistola: 14.

Illustre Patrone.

Probasse te, spero, excusatio-
nem

nem, quam datis ad te Durla
co literis, allegavit repos. me
us Henricus, quod ad tuas
quas secum attulerat, statim
respondere requiverim, sanu
equidem, per Dei gratiam, &
ad quicquid vel corpore, vel
animo, pro meo captu obeun
dum satis habili. Sola legen
di scribendive occupatio, san
di proterea in pedibus vel mi
nima mora, ciere capitis ve
tiginem videbat. Molestissi
mum hunc morbum, quamvis
durationis exigue, redeuntem
tamen interdum, proxima a
state, ac duli Veinacensibus

oppugnare, et, Deo benedicente, fugare constitui. Quod cum ante decennium, cum, bona ipsa infirmitate laborarem, feliciter successerit, et per annos octo, quibus integerrima floruit ab hoc loco, eadem denuo arma, cum bono Deo, in illum exspectem.

Supra memoratus nepos meus, hinc Francofurtum versus discessit, die Junii ~~[illegible]~~ mensis 17. laudatis, ut debuit, pluribus officiis, quibus Argentorati hominem excepisti, quo nomine et ego gratias tibi ago, H. l. [illegible]

Illustrissime Domine, quod humanitatem & officia Tua, etiam post fata Christophori nostri, in fratrem, filios & superstites durare voluisti, pollentendemus & nos omni vitae rium exercitio, ut Tuo isto in nos animo, non indigni videamur.

Nunc redeundum mihi ad litterarum Tuarum argumentum. De genere nostro hoc habeto: Patroni & Konertii majoribus nostris progenitoris, e quibus avum meum Christophorum, Bidweis in Bohemia, Judicis ordinarii officio functum accepi. Primum

tamen Pater meus Paulus, ab
Archiducali Regimine, quod
est Lincij ad Danubium in lite
rijs, in Edictis, ut Nobilis, com-
stipellatus, et pari cum Nobili-
vitate cetera conditione habitq
icto est. quod ex vero referre malui
quam stultissima vanitate
imaginum longam seriem men-
titri.

Frater meus, Montbelgardi
cto: per triennium fuit Pro-Can-
rocellarius, tempus omnes reli-
quum ut Cancellarig exegit.
eis Legationes & pro Republ. cu-
nauit, nisi quas ipse in epistolis
Prin configuabit, mihi tum temporis
tame

per

per plures Europæ provin-
cias vago, summa tantum ju-
parte cognita sunt.

Illud, sine dubio, memorabile
fidei exemplum, quod, cum
Rex Gallio, totam Nombelgar
di ditionem habere arderet, &
difficultatem hujus consilii, im-
menso pretio superare statue-
ret, etiam fratrem in parte
regiæ solicitatum, constante,
neglexisse Cardinalis illecebras
monetis meminisse: quod si
lior haberet, quibus hac ratione
divitias dignitatesq habere, in
proclivi foret. Sed talia e
vulgari, nescio an placeret
Christ

Christianissimo Regi.
Vaticinium Campanellæ, cum
ad meminii injuriam vel offen-
sam pertinere posset, censeo
non omittendum.
Hemini, dum hoc scribo, vidi-
se ante annos 20. apud patrem
meum literas Thomæ Lansii,
ad celebrem Medicum N. Per-
sium anno hujus seculi 13. scri-
ptas, in quibus tale de fratre
meo augurium legi: Ver-
recommendirten jüngern
Forstner, lasse ich mir bestens
sein. Ich bin sonst eigen-
sinnig, ersehe mich ab ganz

Gatter

Flatterland Zu° rosorum fabru
spind.
Hoc per summam pertinacio
nem, et inter occupationes
alias districto recordari li-
cuit, si quid amplius deinde
memoria subsederit, proxim
profecturo tabellario trada
Vale & salve cum omnibus
Tuis et me ama. dab. Durlac
25 Martij 1668.

Tui Illustrissime Patroni quo
reverentiss. W. Forstner Du

Epistola 15.

Illustrissime Patrone.
Luctor ne succesear, sapius
& sine verecundia, litteras
meas

mearum procurationem commendanti. Scio, Domini, bono publico occupatissimi opa quantumvis oblata, parce & reverenter utendum, quod & deincepi solicite observabo; Unas has literas magni momenti, ad nepotem meum Friderici cum perferri, quagrope Te, Illustre Dne rogo, ne tronquolestum sit curasse. Vale Durlaci 4 Cal. Aprib. 1666.

Tui. Illustrissime Patrone
reverentiss. W Forstner.

Epistola 16.

Illustre Patrone.

Non

Non ero literarum prolixitate molestus. Inclusas, per domesticorum aliquem eorum tradi cures, vehementer rogo. Deus te servet incolumem cum omnibus tuis. Dabam Durlaci 13 May. 1656.

Tui Illmae Patr. reverentiss.

J. W. Forstner.

Epistola 17.

Illustr. Patrone.

Quanquam te recte valere omnino sperem, quia tamen nec literis tuis, nec nuncio alio, Deceor incolumitatem

quam

quam tibi ex animo precor,
quoso, ne grave sit, una tantum
vel altera linea, mihi hanc
solicitudinem exemisse. Es
proterea quod Te, Illustrissime
Domine, magnopere rogem, ut
sartorem quendam vestratem
Joh: Georg Zutere, per cuorum
aliquem velis percunctari an
sarcinulam quandam meam, Pari-
sijs Argentoratum advectam
& illius curae commissam ac-
ceperit? Ego binis jam literis
nullo sequente responso, nomine
compellam. Significatum es
mihi

mihi Lutetia solvendos centum pro vectura solidos Regios 40, qui moneta nostratis efficient unum florenum, hunc vel plus etiam, si postulatum fuerit, tantisper precor, eroges, donec instantibus nundinis reprisalias cum debita gratiarum actione restituam.

Uxor mea, que te, Domine, cum ornatissima matrona tua prolixe salutat, proteto die Sabbathi filiam peperit partu, quamvis per Dei gratiam maturo, tamen ita subito ut, Deo juvante, & sine obstetrice

trice & sine Doloribg ferme,
quert cniya; hac demum no-
che acutissimos sentire coepit.
Vale Domine cum omnibg Tuis,
& importunitati meæ ignosce.
Durlaci 4to id. Jun: 1668.
Tui, Illme Patrone reverentiss.
W. Forstner.

Epistola 18.

Illme Domine, Magne Patrone.
Novissimo Nepotis mei Lu-
dovici litere, quas heri accepi,
bona fide te sant, nihil ejus
inter chartas paternas esse
repertum quod Complerus nup
apud vos jactavit; contineri
ejus

equidem scripto singulari semin
riem laborissimi simul & pericu
riculosi illius negotii, quo, de e, f
functo nostro interveniente am
invito, inter dissidentes Princi
cipes fratres concordia stabili
lita fuit; sed rei odiosae quaerb
lemeung memoriam renovare
Georgio Principi ingratissim
futurum; ex ingenio illig Ra Fle
vare suspicamur. Plures quo
quidem adhuc fratris epistolar
os habeo nullas, quibg vitae et i
suo historiam exposuerit, no spi
si quas jam submitto, in quib ips
tamen parce & obiter sui qu
qui

minist. Volvam etiam fasci-
culum literarum gallico idioma-
te, scriptarum, quod per angusti-
am temporis jam non licet, quid
illeo contineant, proxime per-
scribam. Vale Dab. Dorlavi 27.
quartbr. 1688.
Tui. Illme Dñi. reverentiss.
Jo. Fortner.

Epistola 19.

Illme Dñe Patrone,
Postquam ex Teinaco ab acidu-
larum potatione redii sanus
et incolumis, correptus ex rec
it, respirato, febrili an alio quo paro-
quixismo, compluribus diebus oger
quel salutis fere incertus decubui.
Tent

Tentaverat Medicus inedia age
curare acutos nec intermitte rat
ter capitis dolores, quod ubi ad ec
manifestam virium ipso morb am
jam plus satis imminutarum cor
fectionem facere didicisset, co ri i
cesso, diverso à priori consilio am
largiori cibo, visus sum mihi, sat
uno die convalvisse, et rever stin
redeuntis valetudinis incre tudo
ta sentire, cum per circum sor
rara hortorum spatia comi ere
bus uxore ac liberis cisio v ctus, me aëri liberiori per b
mitterem. Mox Serenissi rob
ma Princeps Onolzbacensis ingr
vidua, quo me adhuc Tetrastici
ageu

diligentem literis ad se evocave.
litterat, novis cursoribus urgere pro.
bi adventionem, et adventum meum
norbam serio expetere, ut auderem
um corpus adhuc debile et longio.
, con ri itineri conficiundo impar,
filiu amen ad ejusmodi jactationis
ihi patientiam adigere, & sive pri.
ver stina peregrinationum confue.
crem tudo, sive ipse patientium cam.
cum sporum genio id fuit, certo vix
omi tertio aut quarto lapide aberâ
io u prob urbe, cum recens subinde
robur languentibus membris
ensi infundi, apertissimo Dei bene.
lina ficio, experirer. Oroldobachii
ayei aderant

aderant Serenissimorum Principum Leg
cipum tutorum, Electoris Brandeb. Ducis Wartenb. & Landgr. super Principum pupillorum Educatione, et curanda pub Republica deliberaturi Legati reperiebant, in illig consultationis serie, exculiendo procum Principe viduo, quorum de invitales & alia, in quibg opera mea quolicung uti, diu ante constituit. Ad more Comitiorum Imperialium aut in ter prandendum Electoris Brandeb: Legato Ratisbona veniem ansus qui dicere per jocum: Ju longum duravere negotia, non

Leg

Legatorum, integris diebus ex
pediundis illis occupatorum,
negligentia, sed quod ipsa rerum
tractandarum moles et natura
multum temporis requirerent.
Ego post 6. hebdomadas domum
redux, literas tuas novissimas
cum Ephemer. polit. fratris mei
inveni. Cur ita tarde respon-
deam, ex superiori narratione
intelligis, et pro aequitate tua
ignoscis. Irridendis Ephemer.
per omnia tecum sentio, inte-
gra & acuti scripta sunt, esse
publicanda. Unus tantum &
alter loci, vehementer me habent
suspens.

Suspensum, quibus aulae Viennen
sis procerei, auro Hispanico
corrupta mancipia vocant, &
Caesar Leopoldus, religionem, ju
jurandum, pacta p. convellere, nih
pensi habere asserit. Autho
quidem supra omne Romanum
fastigium et potentiam degit fe
cerus. at quis Status Imperii
Romani, talia in Imperio Ro
mano et apud se vulgari patie
quis Typographus capitalis a
tacia periculum subibit? Co
tavi aliquando in Gallia librum
excudi curare, sed memini, no
nitiora de Galeorum consiliis
et

& rebus alicubi in hoc opere
& tradi. a Genuensi impressio-
ne revocavit me typorum & char-
ae immunditiei. Una fortasse
Hollandia, metum omnem asper-
nari capax, negotium conficiet.
Evae Cumplerus de vita fra-
tris mei praesertim publicas, in
nescio qua charta uberius expo-
sita, apud vos asseruit, à nepo-
te meo Ludovico, qui solus ex
fratribus restitit Montbelgardi,
datis ad eum literis, scire
desidero. Moneo, excutiat ite-
rum & sine tedio evolvat omnes
chartas. Si quid fuerit reper-
tum

tum, id secum devehet Argen
toratum cum circa finem Oct
eo proficiscet. Tu interim
Illme Dne, quid sartori vest
ti Zuttelio, pro sarcinulo, d
quo super mentionem feci, i
ovea cappa pileorum vecturae
erogaveris significa, ut cum scri
debita gratiarum actione reconf
dam, et prolixitatem literar tim
tuar in publicum utiles occupner
tiones interpellantium, excuscig
Vale cum omnibq Tuis, & me in
amare perge. Durlaci 9. Sept
1662 Tui, Illme Patr. reverent
W. Forstner

Epist

Epistola 20.

Illme Dne & magne Patrone.
Ex quo binas Epistolas ante
4 circiter menses ad Te exara-
vi, nec ab eo tempore Tibi re-
sponsum; veritus interpella-
re occupationes Tuas, ulteriori
scriptioni supersedere hucusq;
reconsultum, et Tua referre exi-
stimavi. Sed humanitatis et
meritorum Tuorum in me tena-
cissimi memini, quam ut silentium
meum longius possim protrahere.
Utut igit gravioribus intentum
Te litera istae reperierint quae
so, ne brevissimos, ne brevissi-
mos Codicillos constanter Illmi

Nam.

Nominis Tui veneratione[m] te
meam testantes, et Tibi fub.
initium hujus & sequentium
annorum prosperrima omnia
sincero affectu precantes, gra
sit perlegisse. Vale. Dure.
13 Jan. 1669.
Tui, Illme Doe reverentiss.
W. Forstner.

Epistola 21.

Illme Doe, Domine Patrone.
Dix credas, quantum novi
quis Tuis literis referaris exer
diuturniori silentio inquiet
& anxium. Debebat equidem la
fateor, omnem exemisse scrup
lum, animus Tuus à juventu
te

te tot beneficiis, tam prolixa humanitate eggridy mihi & probatus; Sed ut nunquam est sine solicitudine verus amor vereber etiam invitg, ne quid imprudens offendissem, veb vapulatem malevolorum sufurris, quamvis hanc ultimam suspicionem statim diluit conscientia mea, et animi Tui abominantis calumniam magnitudo. Gratias vero ago Tibi maximas, Illme Doe, quod humanissimo epistola, quicquid nebularum animo incubuerat, dispellere digratg es. Ego certe te nomi-

nij.

Co.

nis nominis tam magni Pa-
tronum, nunquam cessabo se-
ria veneratione suspicere &
officiis quibuscung gratitudi-
nem testari. De discessu meo
jam pridem coepi cogitare, sed
die demum 10 hujus mensis ab
eundi licentiam petii & impe-
travi, rogatus adhuc premerecipi
consilium, ne Serenissimi Principis
ceps importuni Candidatoriobte
officii mei precibus obruatur, cipe
quod promptius promisi, cum res
nec commodum mihi foret, anno
te proximum ver, profectionis
nem moliri, et vacuam Stuga-
gar

Pa-
gardio domum habitare, quam,
ut necessarius instruam, post
& festum Purificationis volente
Deo, paucis diebus commoraturus
eo contendam. Causarum abun-
de est quod me hinc abigunt.
Nihil tamen jam quæstus, dum
bona cum pace Serenissimi Prin.
recipii migrare desidero, solam
Principi familiaris procurationem
obtendi. Certum est, nec Prin-
cipem ipsum, nec alios complu-
res loto animo accepisse hinc
ancium, illo plus, qui inter
tissimam fortunam & summam
nihil medium habet, male di-
simul.

simulavit gaudium discedere
quem supra se cerneret.

De pace Lotharingica, secu
adhuc spero Deo, nec dum per
culosius aliquid Patria timeo
dum Carolo utero suis viribus
& conatibus relinquunt. Si
unus aut alter, quod Deus pro
hibeat, consiliis et armis, par
tibus apertis accesserit, quid al
id quam funestum tota Ger
nia bellum exarserit? Gallo
Regis vasta ambitioni fraen
sine dubio injecit Anglo-Holl
dici foederis constantia, cui
iciendi occasionem Regem i
sulp

nupera invasione Belgii dedi-
le persuasum habeo, haud dubi-
um, plus sibi, improvida expe-
ditione amicorum amissum,
quam terrarum quaesitum. De
Bavaria ex abdito proventibus
turbis, mira ad nos Ratisbo-
na perscripta sunt, quia tamen
in Comitiis Provincialibus Juo-
nachii 2 Januarii coeptis, ita
fuere quieta, non dubito illam
narrationem, in vulgaribus
mendaciis fama numerare.
Memoriam fratris mei, quem
sine recrudescenti luctu, cogi-
tare nos possum avidissime expe-
cto

Ad cum commodum tibi eve
Vale. Illme Dne cum omnibus
Tuis. Durc. 20 Jan. 1669.
Tui, Illme Dno, & Patr. revere
JV. Fortner

Epistola 22.

Illme Dne, & Patrone.

Imprudentis fuerit, accusata g
beneficii moram, et quod nudiqua
favoris est ad debiti rationem tib
exigere. Satis cito advenit Illme
sideratissimi fratris memoriae ter
Scriptoris celebritate, recen 1669
semper, ad posteros durabu
Eam avide, quamvis non sine
recrudescenti dolore acerbissim
casus Illm

ericasses, statim pelegi, et ad e-
dendum, Mombelgardam trans-
misi. Quod autem in hoc ope
me quoq honorificentissime com-
pellaveris, tuum erga me ani-
mum Domine, etsi diu ante
probatum amplius & cum debi-
ta gratiarum actione agnosco,
udiquas & nepotes mei, proxime
tibi habebunt. Vale, & ut faci-
t dome perpetuo amore ample-
ctere. Durlaci prid. Kal. Martij
89. Tibi, Illme Domine & Patrone

Cum reverentia & obsequio
addictg W Forsner

Epistola 23.

Illustrissime Domine, & Patrone.

Litteras

66.

Litteras quibus nuper comme[nda]
dare mihi dignatus es Illu[stris]
strissimum Comitem de Lenoe[r] ejus
abiturum Sereniss[imi] mei D[omi]ni
pis nomine Stutgardiam de[sti]
prehenderunt in procinctu vi[ae]
Partitq itaq curas quibus inteq[ue]
injunctum iter et tuam com[men]
mendationem distrahebar, nih[il] ped
tamen officii spero omissum, quo
quo Illustrissimi Comitis colen[dis]
tur in aula. Debui mandici
tiæ tuæ hoc studium, debuago
& meritis hujus Comitis, quo chi
nunc demum tuo beneficiis
propius cognovisse licuit. Ut[inam]

quam

mme quamvis jam ante biennium,
Illustrissimi Wirtenber-
noergio Ducis, sed alter alteri igno-
ei Fratres accubuerimus uterq. Ego,
de si quid etiam deinceps jusse-
tu vri, Illme Dne, fideli obse-
integrio exequar.
com Stutgardiam, Deo juvante, pro-
, nihpediem & eo libentius redibo
am, quo, ut modestissime dicam,
colen[illegible]plura Principalis favoris in-
anddicia iterum habui. Deo gratias
ebuago, quod apud Ducem & Mar-
quochionem, multis hinc & occul-
ficiis suspicionibq infensos, eam
t. integritatis fidem invenerim,
quam

quam, absit jactantia, etiam Fr
aliis laudarint, & adhuc di cur
sputationibg suis interesse de spri
derent. Sed privato, & meri
arbitrii, licebit ingratissimam
opera abstinere, et famam pro
vitatis securius retinnero inten
otio, cujus jam nunc ratione beat
Tibi reddam. Plurimum ters. J
poris studiis literarum impe
dam. Aliquando cum Serenis
mo Duce, venationum volup
ti indulsero; mox in Aula, Illu
etiam Gynaeco versatg, redib Re
ad Suavissimam cum uxore & lite
liberis conversationem, quib una
cum modo Argentoratum, pub

Fran

Francofurtum, et Ulmam ex-
curram. Sed per hoc omnia,
princeps ut semper fuit, cura
erit salutis aeternae, et proximo
mense Junio auspicaturus quin-
quagesimum annum aetatis, in-
tentius utig meditabor mortis
beato momentum. Vale. Durl.
5. Maij. 1609.

Tibi, Illme Dne & Patrone
cum reverentia & obsequio addict
W. Forstner.

Epistola 24.

Illustre Domine & Patrone.
Redditae mihi sunt binae tuae
litterae argumenti ejusdem. Itaq
una, eaq colligendis parcimi
occup.

occupatus, brevi responsione num
ambabus satisfecero. Vegqua
tes mei sat scio, reverentiam me
de Te sentiunt, quam ut credat
dant ullam operam vel offici vest
um Tuum donis compensare v
vel posse vel debere, nec ullis rib
nexu Te sibi obstringere vol quo
runt, sed potius sibi scipsos ven
munusculo absque ceu chyro con
grapho obligatos profiteri, qu to
Elogium patris scribendo, du voc
tis etiam in mortuum affect
specimen insigne ediderit. Ego pro
etiam Ille Vir, cum Vegetem
bus meis Te semper ut patrem
mum

num suspiciar, nihil libentius
quam officia quibuscum potuero
tuique omnia tibi debere fidem
que facturus. Quo amicus ille
vester de decreto mihi mune-
re narravit, à plebeculo ramo-
rib⁹ habere, eo facilius credo,
quod paulo ante quam Durlaci
venirem, similia jactabant,
constanter & falso. Mihi sa-
ne propositum in vita priva-
to manere, donec me Deus e-
vocaverit ad aeternam. Vale
et ornatissimo Patrono Tuo,
prolixam ab uxore mea salu-
tem nuncia. Durlaci 2 Junii
1669 Tibi, Alme Pater cum observan-
& obsequio addict⁹ W. Forstner.

P.S.

P. S.

Durlaco Ratim post festum aver
SS. Trinitatis abibo, Deo juva
te.

Epistola 25.

Illme Dne & Patrone.

Die hujus mensis duodecima
incolumem me per Dei gratia
cum familia, Stutgardia rec
pit. Tempus quod huc usq
Sequutum est, tum domui inst
enda, tum salutantium tur
impensum absumptumve, am
plissimum deinde otium faci
amicos Patronosq literis co
pellandi frequentius, & suav
simo epistolarum commerc
condiendi vitam privatam

numero, Illme Dne non plus,
quam per occupationes Tuas,
id est, bonum publicum, licebit,
fatigavero codicillis. Tempe-
stive Tu saltem & libere mones,
seu increpes importunius acce-
dentem ad nobilissimum Tuum
Museum. Meminero ego pra-
clare, literarum mearum lectio-
nem cum coeteris Tuis laboribus
non nisi indignissima compara-
tione aestimari, quod ipsum
apud me cogitans, jam finem
scribendi faciebam, cum Aplis-
simus noster Keckius occurrit,
cujus gratia audebo Te, Dne
uno adhuc tenere momento, ex-

pli

plicavit hic mihi novissim
quod nobis Durlaci intercess
sit colloquio, rerum suarum
conditionem, quas sane eo loco
esse jam pridem mihi constit
ut melius sine dubio, eo cum
ret, si & ipse aliquo secede
ubi eruditionis & bonarum ar
mi dotium usus est, Tibi, Al
gne, Vienna & in aula Su
dica potentes amici sunt. In
de spes emergit, Tua comme
dationes futurum, ut intel
ligant Kockium suo merito a
numerari viris egregiis, qu
rum non inutiliter in Repub
opera esset. Nulla cum am

vitio impelleit, proximioribg
regonijsis Principibg, Cesarum
Regumve ministeria ambiendi.
o Cogrecessitas huc adigit haud fru-
stra metuientem Durlacensia
statuta, quo abeuntibg distra-
hendarum possessionum facultа-
em in angustissimum tempus,
conjiciunt, unde improba emptio-
rum & cauta cunctatio, cum
certa pernicie venditorum, nisi
ex pactigii alicujus reverentia,
aliquid de illarum legum duritie
remittat. Ipsum amplissimum
Senatum nostrum jam antehac
aliquis ad Te literarum de ipso
negotio

negotio dedisse arbitror; sed ute
seu tabellionum negligentia, ea
seu maligna aliorum curiosit
te intercideriint, seu tibi re
spondere vacuum non fuerit
veritus est ea de re amplius
te compellare. Injuriam hum
nitati tuae intulero, si enixi
virum commendo, tot annor
ipsu cognitum tibi probatum
inde pronam illig juvandi vo
luntatem non conjicimy. Sed
tum habemy. quo si bene succ
serit, post tot vetera etiam n
cens hoc beneficium & virgen
nemini libentius quam tibi
tanto nostro Patrono debebi

uterg. Vale. dab. Stutgard. die
23 Jun: 1609
Tibi, Idemq. Dñe & Patrone
cum rever. & obseq. addicty
R. Forstner.

Epistola Eb.

Jhalutem mox ab initio, fratri
Christophori elogium, alibi quam
Jhombelgardi excudi, certo, &
elegantius & comptius vel ar-
gentorati vel Francofurti fui-
le proditurum; Sed intercessit
voto praematura Nepotum meo.
rum Typographo facta promi-
so, qua ille ad vitiosam editio-
nem abusus, egre ferre non debet,
si, quod ipse in edendo opere
percav.

peccavit, Tu Author, etiam pro tuo honore tuendo, emendanda suscepteris; quo curadeo non displicet mihi, ut pro ea gratias etiam summagam.

De literis ad Lersnerum datis & gladio, res ita se habet. Significaverat mihi Dux Ulricus, se famulum esse missurum Argentoratum accersitum Doct: Kreffterum. Illi ego epistolam cum gladio tradidi, quem reddidit mihi, literis literis Kreffero, quem Dulgo habuit, relictis; alia igitur & ut spero proxima occasione

gladium

gladium transmittam.
De vita mea hoc habeto. Postea-
quam Durlaco Stutgardiam redi-
issem, Dysenteria, correptis
periculoso contagio diversa ota-
tis mortalibg, maximam tamen
in innoxios annos stragem edi-
dit; hinc liberos meos quantu
humana sedulitate fieri posset,
in tantum assortare & Patris
& Christiani putavi, ac huic
secessui Kentlingam elegi, ubi
& domum habebam, & potiora
ad victum. Ibi donec desovi-
ret Stutgardia malum, paulo
minus mense restiti, & quamvis
inter opifices plerosq, tamen

non

non ignavos civitatis Romanorum
quam mutuis etiam convivii vole
exercuimus, satis jucunde egi. Alle
aliquando a vulgaribus istorum vela
colloquiis, ascendebam altig, & rog
in proximis Tubingæ vicinis ver
Lauterbachij sermones audiebam
bam cum fructu & voluptate rec
Inde huc cum familia redu
modo cum mortuis conversa
Sæpe cum Duce Ulrico veh
Principe Sophia ex spaciab
venatum. Serenissimum
hardum quamvis absentem, tam
veteris clientuli memorem
pertus sum, paucos ante die
primos magnitudinis cervo,

dono mihi misso: Cras Deo
volente & ille redibit. Si tibi,
gi. Illme Dne Rarum nugarum
torum relatio molesta est, vehementer
sig, & rogo, ne me eo nomine corripe
bis verearis. Magnum benefici-
um erit & hic & alibi errantem
rectiora doceri. Vale & ornatis-
sime Tue Patrone ubi & Lect.
nero nostro prolixissimam ab
uxore mea salutem nuncia.
dat: per Annuam festivationem
Lutg. 1. Oct: 09.

Tui, Illme Dn. & Patr: re-
verentissimus W. Forstner.

Epistola 27.

Illme Patr. & Dne.

Litteras Tuas novissimas

occup.

occupatissimus accepi, et vix
otium suppeditat, ut hoc ipsum
significem. Compellor enim
subinde, non minister, non Co
siliarius, ad expediendа negotia
in quibus malem abesse quam co
gi sine, nisi me verecundia ve
taret operam recusare Princi
pi, tot nominibus sum in me
favorem & gratiam professo.
Cisit me superioribus diebus
ad Marchionem Badensem &
Durlacensem perswadendа sen
tentia, quam Ulmae in Circuli
Svevici Comitiis dicerent. Hab
per Dei gratiam successum satis
felicem hoc iter, cujus rationem
fusiori narratione scribere
gestum

ipsens; defunctum me ipso labore putabam; cum ecce Durlacenſis, Sereniſſimi Ducis colloquium expetit in vicino aliquo prope Forzheimium loco, & me interprete, hoc votum ad Ducem perferri deſiderat. Ita nunquam bona fide quietus, et ipſa libertas actionum aliis ad mei uſum occaſio ſunt.

De filio quo perſcripſiſti, quantum ſtudio & diligentia mea effici poterit, curabo, ſcis, temporis & occaſionis maximum in talibus momentum. De fide & ſolicitudine mea, quo ne dubites. Cætera Deo commendanda. Vale cum tuis.

Ipſi

Scripsi per Lemmam festinatis
nem Stutgard. in festo Sim. &
Jud. tibi Illme Pat. & Dne. cum d
fero. & obsequio add. W. Forste

Epistola 28.

Illme Dne, & Patrone.

Affinis Lerfnerus, jam ante
quam Durlaco Badag rediisset
Francofurtum repetit; reni
to igit ut juber literas ad ips
destinatas; Spero te interea
meas accepisse, in quibg Filio
honesto alicui & commoda
Ratioui procurandae, operam
meam utinam felicem, pollici
tus sum. adsit Deus nostris
consiliis. Vale cum tuis.

raptim

raptim Stutgardiæ . 5 . Non. 1599.

Tui D. D. & D. reverentissimus

W Fortunes.

Epistola 29.

Illme Dñe & Patrone .

Hoc mane abierunt Serenissimi Hospites nostri Durlacenses & tres Palatini, ac otium mihi fecere, veb tandem respondendi literis Tuis, cum per eorum presentiam, nec minimum temporis vacuum habuerim . Vocatus enim ad defleta prædem ministeria aulica; etiam ad aliquorum notium pervigilium, hominis sæquisecularis vires durare potuerunt . Si quid talibus officiis patiar occupari, mirabis; ver-

dicam

vo dicam: me Serenissimo Duce
volde libenter obedire per omn
quia expediendo apud Provin-
cio Status pecunio meo, poten
tem illum adeog felicem experio
Pro progrediendum ad literari
Tuarum argumentum. De Con
ventu Electorum, neminem, Se
ipso, rectig censurum, quamvi
mihi persvasum sit, audebo
tamen vel Deo sententiam pro-
nere, ut doceas errantem. Con
ventum illum, tam Caesari, quam
ipsius Moguntini Collegii di-
plicere, nuncius quibusdam
habemus. Credo nec aliis pru
dentibg consilia ista probar
quid

Quid enim boni augurerii,
ubi, persistentibg in Comitiis
omnibg Imperii Statibg, sece-
dunt a corpore membra, mino-
ra quodam, & à communibus
diversa Comitia habent, in
conventiculis deliberant quod
patria tota cum augustissimo
Capite suo & Proceribg, in so-
lenni consilio Ratisbonæ arbi-
trari debebat? Annon scissam
discordiis Reipubl. indeq patet-
tem iudiciis & injuriis exte-
rorum, apertius semper, hoc
argumentis produntq? Suspicant
aliqui, reformidare Progenti-
num consultationem Ratisbonen-

Lem

sem, de conscribendo exercitu cog
pro tuenda Germania ut in tri
quicam potentia, quam facter ab
exercuit Archi Cancellarius qui
Collegarum Decanus, cui stabi
liendo porro firmandoq in stat
to de quo loquimur conventu. Ne
rationem inire voluerit. Ætiu
Gallia vix credo presens pericu
culum imminere. Nondum dem
ibi cum vicinis adeo compositu
ta res sunt, ut tantum Imperi gra
Principem, aperta vi aggredi qui
vadere, qui nec ipse sine consili
lio & Socii in partes descenturi
re, nec, quantumvis Potentia
Senior Rex, si parem futurum spe
cogitat

cogitabit fortissimarum gentium
triplici foedere, de quo iterum
ab ipsa Lutetia, vero non absi-
quibus alata sunt. Pecunia ab
Hispano Suecis nondum soluta,
Hollandos expromissores factos.
Nec, dum potentia Galli tot ho-
stium prostravit ut nulli ampli-
us timendi supersint. Nos qui-
dem discidii nostri divisi non
profrangemus ferociam Galli, pere-
grinorum beneficium id erit,
qui feliciori accessu animis vi-
conjunctis, sistere fini-
timorum armorum impetum,
etiam pro securitatis interesse
sulabunt; et prohibebit, credo,

Deus

Deus noster, ne miserorum in
nocentium cedes & devastatio
terrarum ad effrenem cujusli
bet bellandi libidinem eveniat.
Sed ista civili prudentio do-
ctoribg exequenda relinquo, et
ad alius argumenti literas tu
ad amplissimum Keckium, ac
Do; quibg Tuam famam, renova
ta veteri & jam obsoleta fabula
vexari in aula Durlacensi, cu
dolore indignaris. Di, quid ego
sentiam, scire desideras, dicam
paucissimis, & sine adulatione
à qua turpitudine animus
pertinacissime semper abhor
ruit. Nolem te ad ejusmodi

rumores, & procacem unius ac alterius lingvam, magnopere moveri. Agnosce nomen & meritum Tuum, altiori loco posita, quam ut mendacium & calumnias ~~&~~ eo pertingant, certe horreant. Satisfecisti Tibi, edito pridem apologetico Scripto. Noli, aperte nimis irascendo, cedere victoriam inimicis, quam Tibi relinquent, si magnanimiter asservaveris imbelles eorum latratus: Sine, veritatem mora valescere, & ruere cum ipso tempore falsa. Interim tamen non deerimus Tuae

causae.

causa, quotquot ubig sumus bo-
ni & innocentia faventes.
audebimus ne dubita, incre-
pare mendacium & reprimere
ubicung presentibg nobis im-
me os solvere non erubescet
Hoc officium ut Optimus qui
ipsi virtuti debet, ita libente
& operose prosabit. vale da
Stutg. 18 Nov. 1669.

Tibi, M.D.D. Omni cultu dev
W. Forstne

Epistola 30.

Plene Domine & Patrone.
Citius exquisivissem cum ven
Tuum de Principis Auersperg
gici casu judicium nisi quo
pone

pore nunciabat, absenti nihil
magis quam ad scribendum tempus
definisset. De causa, cur omnia
adeo incerta vienna laborant
putant non fabi, qui à Gallico
literarum commercio hoc proci-
pitium arcessunt. Vidi proxim.
diebus in manibus Serenis. Duois
virtemb. exemplum literarum au-
spicii ad Cajorem Aptorum, qui-
bus concisa nec eo minus ubere
facundia Ministerii annos, fi-
dem illibatam, et eluctatura
per artes malevolorum innocen-
tiae spem, inter officiosa demis-
sionis & verba nihil infracto

tamen

tamen ab hac tempestate animo recensebo.

Ad illud quo novissimis tuis literis censebas fabius esse unique operam addicere quam ab omnibus vel pluribus fatigari absalario, oblitus sum in priori epistola mea repetere quod jam dicere occupaveram, non videre esse hominis semisecularis post abdicata & tantum non emerita officia publica iterum in negotiorum fluctibus misceri vel abripi. Laviter in otio transigam si quid vito superest. Interim si quid laboris obvenit et exhibendum modicum id erit,

et

et pro exercitio magis in obre-
pentem inertiam, quam longa
occupationis molestia habendum
Vale cum omnibus Tuis. Stutgar.
24 t Xbris 1609.
Tui, Illme Dne reverent.
W. Forstner.

Sequens lit: exempl. hoc ipso
momento nactus sum.

Sacra Cesarea Maestà
Dopo haver servito trentà
è più anni al Padre e fratel-
lo di gloriosissim. memoria di
V. M. quanto à Lei stessa —
humilmente mi prosterno à
suoi piedi, pigliandone con ogni
ticenza ossequio la ligenza. Le
in

in questo tempo hò prestato se che
vitù di qualche profitò, è stà vol
opera di Dio, pero sempre men do
di quello, que sempre hò brama inn
to & che richiedesse il mio de sol
bito. S.r hò servito male, è sù sci
cessò per inhabiltà, pero mai sto
per infedelta. Questo scrivo sto
avanti il giusto Dio, che invo ne
co alla verità ò falsità di cu
in questo ò nel altro mondo ra
rimunerari, ò gastighi. S.r cue
piaccinta V. M. sin hora, qu sel
che solo Iddio è Lei, non ve hu
ghi à saper la causa del mio
presente stato. Io poi sper Lit
che tra

che Dio si compiacerà una
volta che V. Ch. & tutt' il mon-
do venga à riconoscer la mia
innocenza la quale per hora
solo à Iddio ed à me è cono-
sciuta. Nel resto offerisco que-
sto presente mio stato in olocau-
sto à Dio per la conservatio-
ne della Maestà Vestra Adel'
augustissima sua casa. augu-
rando à V. Ch. di tuttol' buon
cuore ogni maggior prosperità
felice e lungo Imperio, che
humilmente m' inchino

P. S.
Litteris hic jam jam conscribu-
tradendis novissimo Tuo Lyc.
veh.

venerunt quibus proxime nescio qu
debo. Obrechtio ne occasione cu
officiis meis desim summo stu
dio allaborabo.

Epistola. 31.

Illme Dne & Patrone.

Suggessi in secreto, Serenissim
Duci, quo nuperrime ad me ut
scripsisti; sed ingressi conclu
ve, quos non cupiebam partici
pes nostri arcani, colloquium tu
barunt. Vocatq quidem pau
post ad prandium, nec tum co
ultum putavi loqui, quo in
tanta ministrantium turba
vel unus aliquis exciperet, e
quibu

publicaret. Cum proterea ac-
cumbente Amul Bidenbachio
Legato nostro Ratisbonensi, omni
sermo de comitiorum negotiis
haberet ~. Proxime itaq occa-
sioni intentq, quid sperandum
quantocig aperiam. Interim
Deum O. ch. ex toto animo precor,
ut hunc quem per ipsius gratiã
nox auspicabimur annum Ti
bi Tuisq omnibq felicissimum
velit, Jubeat. Vale Hulgard.
anni 1606 die ultimo.

Tibi Fl. D & P. cum obsers. addictiss.

W. Forstner.

Epistola 32.

Illme Dne magne Patrone.
Commendavi ut desiderabat
abr.

Obrechtium Serenissimo Duci po
qui talem virum ad Tubingen dot
Academio famam provehere qu
in lucro reputaturum profes lar
sus est, si quod ibi munus docen lio
di vacuum esset; quale quid & s
si deinceps contingat, tum demi fa
generendi obrechtii occasionem ti
datum iri. Spes, ut vides, ref
longinqua & fera. Ideo quan doc
vis te ipsum, Nombelgardi tam
ad Nepotem Ludovicum lite Con
ras dedi; exploraret per oc fin
casionem: An in Illustri Gymn
legio, cui Georgius Princeps qua
Professores quærit locus dari lum
profect fin

posset eximio viro qui suar
dotium splendore lucem non exi-
guam novo Athenaeo esset il-
laturus. Idem ab amico Tezze-
lio Patricio Norimbergense
& Senatore petii, ut, si Altorf-
fa pristinam suum decus tan-
ti viri meritis cuperet revi-
rescere, rescriberet sine mora.
Hoc ego bono animo tentavi eo
tamen vestri arbitrij sunt.
Comitum & Ducum Wirtember-
sium vitam & res gestas expo-
nere prudem jussus ~~est~~ fuit
Magnus Hekenthaler, sed il-
lum cum Professoris munere
simul operam ipsam deserere fa
ba

ta voluerunt .. Litero autem
Tuo Serenissimo Duci ingens
iterum desiderium redeundi
consilii huius moverunt, si tu,
Domine, ad officium hoc posses
exorari, nec enim alteri cuiqu
suo Domus historiam publi-
candam feliciori successu cred
turum se Dux affirmavit.
Dum hoc scribo redditae mihi
sunt Literae Tuae novissimae
Testem posse producere plur
me jam diu desiderasse, ut pr
salute & longaevitate Caesaris
publico per omnem Germaniam
et sero ad Deum preces fu
der.

derent. quis enim adeo ſti-
pes, ut non harioletur cum
horrore animi, omni calamita-
te deforme Patris cadaver, ſi
Deus Roi caput auferat. quod
ille clementer avertat, & vix.
a prioribus malis reſpirantium
miſereatur. Vale Dab. Stutg.
14. Jan: 1670.

Tibi, I.D. cū obſerv. & obſeq. addict.
JV. Forſtner.

P.S.
Jam litera iſta curſoribus erant
tradenda, cum funeſto nuncio
perculſus ſum: Diem obiiſſe fi-
liam meam natu minimam,
Ego hactenus talia no experti,
cum

cum summo animi moerore sentio; quid sit, liberos amittere. Unam consolationem porrigit Dei voluntas, sancta, justa, bona, quamvis aspera Rotundini & dura.

Epistola 33.

Illme Dne, magne Patrone

Tardiuscule novissimis Tuis literis respondeo domestici negotii distractu, quo ne nunc quidem meditato sermoni tempus concedunt. rarus praeterea superioribus diebus in Aula, Principe Sophia interprete accepi gratissimum fuisse Serenissimi Ducis

Duci, oblatum sibi a Te stu-
dium condendi domesticos anna-
les; superesse jam ut intelliga-
mus ex Te, quonam hinc ipsi-
tuto subsidia habeas & monu-
menta, et quonam hinc peten-
da tibi sint & transmittenda.
Quod Elector Brandeburgicus
cum Principibus Brunsvicens.
Triplici illi foederi accedere
recusant, Deo sive ratione
fieri existimo, quia sine cura
& solicitudine amplexandi
remedium contra turbas. in-
vitus certe & cum magno moe-
rore cogitationes meas eloquor,
nihil

nihil aliud, quam funesta o-
mnia suggerentes! Viderint,
quid Deo responsuri sint, quo-
rum ministerio Rempublicam
stare voluit. ego, quod unum
privatq; potes & debet seriae
ad Deum preces pro salute pu-
blica & tot nilla innocentes
mittam. Crediderim sane non
firmiq; fundamentum labanti
patriae substratum iri, quam
electionem Regis Romanorum
si sperari possent comitia si-
ne vi, ambitu & pecunia. nec
ipse proterea Caesar consensu-
rus videtur proli sperate-
propipi fastigium, quod ex
plu-

plurium soulorum possessio-
ne domui suo debitum videtj
Ego spem omnem in una mise-
ricordia Dei habeo, quam me-
cum boni omnes pie aspirij
solicitabunt. Interim, quod
horreo cogitare, si Cæsar fatis
concederet, promptissimum
tutissimumq publicis malis ob-
staculum putarem: Ducem
Bavariæ non cunctanter re-
nunciari Imperatorem, non
defuturis huic capiti studijs
& amicis. ceteras hujus opinio-
nis rationes recensere jam no
vacat.
Dum hoc scribi iterum a Te,
Clariss.

clarissimo Obrechto & Lersne
ro nostro litero mihi reddun-
tur, quibg proxime respondeb
jam enim Reutlingam abeo in-
tra triduum rediturus. Lui
Norinberga responsi accepe
ex adjuncti Nobilissimi Te
zelii literis Obrechtus intelli
get. Lersneri consilium a
huc Rodie, si possum Seren
simo Duci aperiam. De Lucq
su bene Spero, cum maxime Le
neri duobg hinc seculis, certe
ultra Sesquiseculum, apud
Hassio Principes, muneribus
& honoribus habiti fuerint
inter nobilium primos. Vale
Stut.

Stutgardiæ 4 febr. 1620.

Tui, Ill. Dñe. reverentiss.

JO Forstnes.

P. S.

De valetudine Caſarii iterum trepida litera Francofurt. ſignificarunt; & de diſſidio inter Regem Galliæ & fratrem Lutetia huc aliquid allatum.

Epistola 34.

Illme Dñe & Patrone.

Pudet me Tibi referre quòd nihil pro Lerſnero noſtro obtinui! vetuſtiſſimus noſter Academiæ Tubing: religioſe in hunc usq diem ſervatus nulla diſpenſatione labefactandus jactabat. Ego, quamvis Lippe-

dit

ditaret aberde quod exciperem
tamen contieui indignationi
plenus: Dominum vereri, ne
quid faceret quod servis displi
ceret. Una rabio promovend
consilii nostri superesse videti
si Lerpnerus Tubingo in Illyr
Collegio disputare satis haberet
quamvis & ita recessum foret
illum uno ad minimum mense
in Collegio morari. Lerpne
rus quid sibi faciendum exi
stimat secum, & si tempus pa
titur, cum Nobil. patre delibe
ret, ego me vobis proxeneta
forte non infelicem ubig prof
leor

teor. Nepos meus Henricus salutem à Te probatissimam nunciavit, et plura exemplaria Elogii fraterni, in quo honorificentissime iterum me compellasti, una cum notitia Imp. Rom. dono attulit. Ego pro recentibus subinde testimoniis constantissimi affectus et amicitiæ summas quas debeo gratias ago. Vale Stutgard. 18 Febr. 1670.

Tibi Illme Dne reverentiæ & obsequii addict. N. Forstner.

Epistola 35.

Illme Dne

Nova mihi sunt & mira quæ Illustrissimi Schutzii fortuna scribis, et mihi tale litera vi-

ennenser quarum inspiciendar ler
ego quidem copiam habeo, me us
minerunt. Juniori fateor Auteri
pore magnorum virorum cas De
accipio, quo crebriora Rumdn me
rum vicissitudinum exempla an vol
mo obversant, et nimis felici Pr
ter inter nos ageremus mortale An
si tantummodo nocentes corripe que
rent ejusmodi turbinibg, per- ha
cellit & innoxios & bonos tem Ex
pestas, adversus quam fortissi ter
me pugnaveris conscientia & tur
fiducia in Deum, qui suo tempu cep
re opera cujusq protrahet in tem
lucem. Superioribg Diebus in
viennam literas dedi ad Ejus
dem

lerum, ut cum cura casus ipsi-
us causas exploret & de me p-
scribat.
De Hesenthalero, sero intelligo,
me ambigue loquutum: fata
voluisse illum deferere una cū
Professorio munere scribendox
Annalium opam. Modeste in-
quere volebam: illum incestus-
Rspectum, & per Commissarios
Principis, quamvis extrajudicia-
ter, de hoc crimine interroga-
tum, ipsum quisse opere in-
cepto abstinere, et reddere ex-
templo, quorcung vel libros vel
instrumenta historio scribendo
a Serenissimo Duce habebat,
flagitum

flagitium constanter negando,
id assequatur ~~qs~~, ut quamvis mul-
ti innocentem haud credant,
pari tamen cum cæteris jure
libere vivat; nisi quod de gene-
ro illig iterum ~~a~~scitante inve-
lutum utcunq; silentio rumorem
nescio quid nuper acciperim. Ego
Ego probum voveo, & ex pra-
cepto Christiano spero. Cæterum
arcana pectorum scire, solius
Dei esse meminit. quicquid
nec invidere ulli debebit ne
iraci, si, quod nunquam per-
mittet ut faciat, faciendum
id alii ~~per~~mittat. De virtu-
tegio historia loquor, qua
de Serenissimum Ducem, ut

quum ad nos redierit interpel-
labo.
Nobilissimus Petzelius ad no-
vissimas meas literas nondum
respondit.
Lauterbachium super Lessneri
nostri consilio denuo tentavi,
& sententiam exspecto. Sed ne
quid dissimulem, illum mutatis
argentibus indiciis mihi videor
deprehendisse quod — — — —
aegre fero, innocentis conscien-
tia tranquilla, cum adeo virum
suo merito aestimatissimum no-
loserim, ut omnia potius vero
amicitiae officia exequutum me
sciam. Vale Stutg. 11. Martii 1670.
Tui Illme D. reverend. JW. Forsterus.

P. S.

P. S.

Lauterbachius respondet per ambages. Vò: loco disputationis inauguralis; sine permissu Cancellarij Universitatis, titulo addi non posse. Ego vero si degenere vixandi animo essem talia amico gratificari aspernarier vana effugia esse dicens & sæpe in majoribus contra Universitatis Tubingensis statuta dispensatum fuisse, admodum recenti projudicio ostenderem.

Epistola 36.

Illme Dne & Patrone.

En iterum à Tetelio literas. Sed nihil adhuc certi ferentes. Occasionibus intenti expectabimus

à

à Deo felicem consiliis nostris successum, cui, si quid mea & amicorum opera poterit ministrare, faxo ne vel fides mea vel cura desideretur.

Serpseri Patris cogitationibus & ego accedo, conducibilius imo & honestius reputans, contemptu ulcisci injuriam rusticam, et eo se vertere ubi aliqua eorum qui viri sunt reverentia speret.

Hinderero cras literas expecto quarum argumentum deinceps ad te proscribam. Interim virtuti victrici ex animo gratulor.

Ubi subniseris configrationem illarum rerum Historiographum Wirtenbergy

vergica necessariarum, de re ipsa
juxta sententiam Tuam, Sereniss
Imum Eberhardum denno interro
gabo; facta est aliqua hujus ne
gotii mentio cum nuper ad duo
decimum circiter ab urbe lapi
dem rusticaret, Opt. Princeps
nec enim in his remissionibus
ria minus temporis & studii
bi vendicant, sed solet plerum
tale otium, etiam eruditis cō
loquiis occupari. Vale cum om
by Tui. dab. Stutg. 28. Martij 16
Illustrissimo nomini & merito Tuo
Ot Studio addictiss. W. Forste

Epistola 37.

Illustriss. Due & P.
Non crediderim futurum ē re

Domini Obrechtij, munus quo
de litero Tekelii loquuntur.
Propter religionis diversitatem
& enascentem inde difficultatem
certum vitæ genus stabiliendi,
hominem quoq; Principij impú-
beris regimini intentum, pere-
gre deinceps euntem, morantem,
redeuntem, senium fortasse oc-
cuparet, jam nunc maturum
capacemq; officii, quod post nescio
quot annos reduci promittit.
Quod si tamen huic oneri subeun-
do parem aliquem volentemq;
noveris, eum ut nominet mihi
valde rogo.
De Illustrissimo Schützio quid
rescripserit scindem ex ipsis
Ld.

literis cognosces et vale.
Stutg. 8. April. 1570.
Tibi Deum cum observ. & obsequiis addictiss.
W. Forstner

Epistola 38.

Gene Doe & F.
Ante mensem & quod excurrit novissimas & ad te literas dedi Stu
punctis unis quas ad me Spinterus, & binis quas Sezelius ad
exaraverat. Ego interea nullas
à Te accepi; valetudo an oc
cupationes, an aliud quid fue
rit in causa, si Tibi non vac
quoso, ne per interpretem do
re solicitum differas. Deus
Sospetet cum oibus Tuis Stutg. 6 Ma
1570. Tui T. D & P. reverentiss.
W. Forstner

Epistola 39.

Ilene Fid & Patrone.

Reddidit h Comitiis paucos ante diem Seremiss. Wirtemb. Ducis Legatus Biedenbachig, haetenus domesticis potissimum occupationibg, aliquot mensibus Stutgardiae detentus. Ille interprete accepi: Caesarem, datis ad Elector. Brand. & alios solvendorum Comitiorum consultores literis, magnopere illos rogasse, ne velint authores opprobrio fieri, quod Imper: Romanum toto orbe, sine dubio, irrisu & salibg acerbis differretur post tot annos, post tantam pecuniam & labores sine fructu,

Disc.

discederent velut tepes, conclamatum de de Imperii salute.
Ego etsi comitia durent, nisi de
vs corda ad bonum publ. inflecta
à Statibus vix aliquid pro Repli
expecto, ob omnibus, divisis &
Cæsarem, libet, pro Cæsare Rober
tibus. Quanto, quæso, cum pud
re, nuper adnotata, quamvis
non tunc primum innotuit: Im
peratorem nostrum cum tot fui
& tam seriis mandatis, frustr
fuisse apud Electorem Palati
num et Lotharingiæ Ducem,
cum ad primas peregrini Prin
cipii minas contremisceret &
ponerent arma, non ignari qu
to efficacius ille velit, jubea
sed desino plura.

Epistolas fratris mei in Germania edi vix consultum videtur, sine dubio typographo periculosum. Delere autem aliqua & mutare, ad iniuriam authoris & decipiendum lectorem pertinerent. Consilium dedi nepotibus meis, ut libris in Hollandia ita imprimi curent, ut Typographus dicat sparsas, & amicorum opera collegisse & vulgasse.

Cupiverim nostrum, meo & uxoris nomine prolixe salutatum cupio. Gratissimus huc veniet, & in aedibus nostris expectabimus, saltem quietius quam in diversorio hospitaturum. Vale Stutg. 20 May. 1672.

Ill^mo Nomini & merito Tuo, reverent. add.

W Forstner.

Epistola 40.

Ilme Dñe & P.

Utinam dissentirem a literarū
tuorum argumento! ita enim
minus agritudo conficeret, mi-
nus keu! vera credentem quæ scri-
bis. Mihi privato, nihil nisi pro-
ces & suspiria superstant, quæ
opt. Deum pro salute misero-
rum interpello, et respecturum
misericors Numen lachrymas
piorum & genitus, unicum
mihi in tristi cogitatione so-
lium est. Proteri istam pro
Reipubl. solicitudinem, alia quæ
me angit privatim. Sci. qua
vito conditionem. instituera
redux Durlaco, in ea haesi-

ne

me hactenus agebam, unius med
domus negotiis & recta educa-
tioni liberorum intento. Fre-
quens nihilominus, et, ne jactan-
tia dico, gratiosus in aula, rei
Sustinui Principum. quorundam
novis invitationibus avelli ab
hac felicitate. Succedit tandem
ipse Serus Dux Wirtemb. et
pos reverenter & recusandam
oppositas exceptiones, officium
committit, quo nullum aliud esse
potes invidio & inimicitiis
magis obnoxium! proficit me
orario & rei pa oeconomica
universa, hominem talium im-
peritum, qua nec discere, nec

docere

doceri unquam per somnium
cogitavi, nec omisi ingenue pro-
fiteri: nullum fore mei in hoc
munere usum, sed tenuit pro-
positum Principi, quem contum-
cius respiendo irritare, non cri
consultum meis fortunis. Cite
nimis & cum gaudio intellexi-
sent Provincio Status, nullum
deinceps ab irato mihi Duce
imminere periculo quod agnos-
se, serio & efficaci exactionis
periculum. Hoc mihi potissi-
ma novam Spartam amplexan
causa, cui altera fere similis,
Dignitas aliqua & reverentia ad
officio, quo petulantiam quori
dam coërceat, et libidinem lace
lem

sendi. Multum hactenus per-
pessus ab homine ingenii impo-
tentis ambitiosi qui me Reutlingo,
Aesculingo in percipiendis decimis non sine voluptate sua turbaverat, cum proximis retro diebus domi meae supplicem & praeteritorum veniam efflagitantem habui. Haec & similia oneris mei & laboris praemium erunt. De caetero omnia Deo commendo.
Illustrissimi Schutzii apologiam nondum vidi, nec spes mihi illius habendae per absentiam Celsissimi Ducis petam eam ab amicis quos plures & praecipuos dignationis habeo in aula Onoldina
Cum Carolo Patino, hic amicitiam
contraxi

contraxi, bene facit, quod in
iis industriam ostendit, in quib
ingenium ipsius dominat, in re
dicis enim artibus parum eum
intelligere, nostri, cum figulus
figulum oderit, calumnient, an
vere asserant, ego non capio.
Quo facinore implacabilem Regi
sui iram conciverit, sine dubio
novisti. Liuvonus reconcilia
tum Regem uxori illius priden
affirmavit. Verum Latinus
hactenus securus existimavit
exilium apud exteros, quam
fluxam suorum popularium
fidem. Credo etiam, imprud
enter suscepta itinera Vien-
nense & Venetum (: quorum
le

se minus suspectum esset) si unquam redire in Galliam suam cogitat, sed de his ipse viderit! Largiatur nobis Deus publicam salutem, in ea deinceps, quisq inveniet facilius & tuebit! Vale & fave mihi perge. Rutgard. 10 Jun: 1570. Tui, Illme Dne reverentissimi

W. Forstner.

Epistola 41.

Illme Dne & Patrone.

Gratias tibi ago maximas pro tuo in me affectu quo mihi gratulari voluisti novum officium, cujus molestiæ fortiori animo tolerandis, & multum poterunt piorum amicorum vota precationesq, ac mea ad Deum suspiria ut per

mum.

muneris mei curas nunquam no
oculis abberset, reverentia Nu
minis & bona conscientia reti nen
da perpetua solicitudo. Ego so
ne, qua primum vice Serenissim
Princeps me per Walthervm in
vitavit ad hoc ong, cordate pro
fessus sum: nunquam assensurum
me augendi erarij artibg injust
& sordidis, parsimoniam esse ve
rissimas apes, profligato pesti
lentissimo luxu, qui pleraeg Ger
manie aulas affligit & altius in
fecit quam ut remedium possit
sperari, plura in hanc rem di
caturus eram, sed ecce litera
tua novissime, hoc ipso momen
to redditæ, & Cæsarie adversam
val

valetudinem nunciantes, ita
mihi horrorem fecerunt vt fere
calamo exciderit. Statim, in-
termissa hac scriptione, Sereniss.
mum Ducem adii, et quid accepe-
rim aperienti quidem exposui, sed
non sine magno meo solatio, negan-
ti, Agentis sui Viennensis quam-
vis prolixas literas tale quicquam
meminisse. Sed nec Legatum
sum nunciasse aliquid Ratisbo-
na, de imminente è vicinia perí-
culo. Credi equidem constanter,
ajebat, Rauisse infelicem Cosa-
rem tanti exilii venenum. In
Polonia Regem indigenam quiete
regnaturum nunquam credidi.
Ipsa insolentia: eligendi è posse-

Cabrilly

taribq Principis emulationem, invidiam, fastidium parendi habebit, & sceptri Ex-Candidatis fortasse rursum audendi occasionem ministrabit. Carus, imo vix ullus sine periculis, sine turbis novus & insolitus Principatus, qui longo tempore, nec nisi per insidias plures tandem aliquando ad securitatem emersit. Sed stulte apud Te disserui quod rectiq & solidius a Te fuero edoctus, Ideoq hanc meam audaciam, non tam temeritatem judicandi, quam consilium interrogandi prudentiam Tuam, quoso, interpretare. Vale cum omnibus Tuis & constanter mihi fa-

ve

ve. Stutgardiæ d. 1 Julij 1670.

Illmo Nomini & merito Tuo, devoty

P. S. W Forstnes.

Secreti Consiliarii nec nomen
nec officium habeo. ogre, nec
nisi Principis authoritate ada-
cti Collegii ibius assessores (ma-
xime duo quos inter Mylerus)
cernunt occupare Cameram Ma-
gistrum, quam ipsi hactenus oc-
cupaverant, qualiby amicis et
Patronis usurus sim, liquet.
Principis hereditarij titulum
alium nunquam vidi, quam com-
munem ex hac domo omnibus.
Dem durchleüchtigsten Fürsten
und Herrn Herrn Wilhelm Ludwig,
Hertzog zu Wirtenberg und Erb,

Grafen

Brafen zu Nimpelgard Herren
zu Hagenau. Meinem gnädigs
ten Grafen und Herren.

Non putarem tamen peccarii, s
post nomen Wilhelm Ludwig,
adderet Erbprinz und Herzog
zu Wirtenberg.

Epistola 42.

Illme Dne & Patrone.

Quod ne grave duxeris, è Dno
Langio Notario vestrati quo
per aliquem ex familia Tua:
an Schwartzium quendam Du
tui apud Archigrammateum
Rorentem, scribam sibi habere
voluerit? Mater illig Schwart
honestissima foemina vidua
mihi

mihig & uxori intime amica,
quia veret, ne filius Durlaco
abeundi consilio ista finxerit,
magnopere me rogavit, ne quid
ejus sit, percontari differrem.
Bonitas Tua, Domine, facit ut
& operam Tuam ad hoc audeam
requirere & audacia hujus ve-
niam sperare.

De republica nihil mihi con-
stat tanquam sub alio sole
viverem et extra hominum com-
mercium, bona fide omnia
ignoro, solis Serenissimorum
Eberhardi & Ulrici, sed jam
absentium, colloquiis, & lite-
rarum Tuarum beneficio, edoce-
or interdum Germaniae fortu-
nas

nam, nisi quod & secreti Consilii scribo supplices libi indeg
gratiosos scire subinde aliqua
patiant, de publicis fatis. Ego
vero constare mihi tanti, curio
sitatem nolo, & digna existim
à publica fama expectare re
rum momenta, quam foeda de
missione petere communicaden
à mediastino. Una me solici
tudo diuexat perpetua: an, &
quid Proceres nostri super le
curitate Imperii deliberent,
& quod Deus avertat! Cosaren
eximi rebg Romanis contingere
An seria illis cura providendi
& masculo consilio eluctandi
per

per incubitaras temporibq illiꝰ
calamitateꝰ? an vero ſecuri
& otioſi expectent, ut Deus de
coelo deſcendat, ordinaturus Rem-
pubꝯ? Sed hoc imperite & irreue-
renter effutientem merito aueꝛſa-
beris, & ipſe non ignoro: eſſe q-
dem ſana conſilia, ſed eſſe etiã
quo-neſcio quo fato obſtant. Sa-
luberrime paſcerat in noviſſimiꝰ
Comitiꝭ Suevis. Si ſereniſſimuꝰ
meuꝰ Princepꝰ, adeo nullius com-
modi cauſa priuati, ut contra
magno illi conſtituturuꝰ ordi-
num aſſenſus; ſed iſti veram
tranquillitatiꝭ publicæ curam
terriculamenta, et nomen
ac officium Profecti Piſculoꝝ,

med.

meditamenta servitutis interpretatis pro variis suspicionibus, verorum periculorum inexplorate irrita à Comitiis discesserunt. Utinam in Coetu Circuli felicius succederent, publica securitate consilio, libertatis obtentu impedita & intercluſa! Ita suffocati ipſas deliberationum tricas, ſalubrium cogitationum conatibus, quid aliud quam fatalem reipublicæ mutationem moerens conjicio, niſi aliquid in miſericordia Dei precibus piorum provocandæ providentiæ ſuperſit, cui patriam & cum ea nos omnes ardentibus ſuſpiriis commendo.

Vale

Vale. Stutgardiæ Idib. Julij 1570
Illm. Nominis & meriti Tui, devotiss.
W Forstner.

Epistola 43.

Illme Dne & Pater.
Has literas, Deo volente, paucis diebus ipse sequar, & quod dilata ad nuperas Tuas literas responsione neglectum, coram expediam. Vale cum omnibus Tuis, & necessario per occupationes festinationi ignosce. Stutgard. 29 Julij 1570.
Tibi, Illme Dne & Patrone
cum observ. & obseq. addictus.
W. Forstner.

Epistola 44.

Illustrissime Dne & Patrone.
Tibi

Mihi quoq grave fuit, a nup[ter]
meo ex Gallia reditu huc usq[ue] tu
silentium servasse, sed inveteratas labo
bores, omnes hominis inexercitati cogitationes sibi subiicientes, tam strenue exercue
re tironem, ut necessario disciplina
ferenda fuerit actio gratiarum plu
quam tibi praeter alia plurima etiam pro recentibus tui favoris testimoniis debeo. Ita enim, ut alios semper, ita me perprime excepisti me argentarii, nihil tale meritum, ut vel ideo me tibi omnia debere, si non opere ipso testari, at literis saltem sine mora profiteri

teri, Romini non ingrato Rone-
sum querit & decorum. Nec
sane defuturg eram officio isto,
nisi occupata ne dicam obruta
tholesis negotiis, progens me-
vita professio, tempus omne
ita propriperet, ut nullum am-
plius cogitandi de aliis rebus
superfit. Quid Tu, Due, me de
republ. percontaris? Rectius,
& ad statum conditionemve me-
am conveniens quod viveres:
ex quibus fodinis dulo luxum
extruere latagam, quo & quan-
ta per totam Provinciam, in
ipsa urbe, immo in aula & ocu-
lis Principum latrocinia. quo-

ortes

artes detegendis frandibg et le
quo everrendis in posterum, pa
scopo! Ita curo, Domine, et pr
alio huius generis sexcento, pr
tanta mole cogitationibg incubai sit
ut per nocturnam fere quiet cis
& omnium animo obversetur pr
pij mali providendi solicitud per
Nec tamen deo hoc scribo, ut pr
interdictum interpretaris co Gu
mercium literarum, quod secum vi
mihi intercedit, id enim ma, si
quo jactura loco merito habe le
rem, nunquam me muneritor
mei negotia, ita totum tene-ce
bunt, quin aliquod tibinde m Pa
mentum tanti viri amicitia co po
lend

lenda seponere valeam. De-
pace quid sentiam difficulter
pronuncio, cum hoc exercito
prudentio virum quopio, capax
sit justis laboribus occupare. San-
ciscimis tamen quid mihi videat
promere non verebor. Aperta vi Gallia nihil timeo,
profitet Deus Rex reverentiam
Imperii Romani, suis opibus, suis
viribus, suis curis & laboribus re-
stitutam illi tranquillitatem, nol-
le novis motibus solicitari, Lega-
torum ubig voce & literis, publi-
ce privatim, in comitiis, et
pacem exclamat & inculcat.
Quod hoc, Regiam fidem fallere,
quam

quam periculosi sui rebg faci
noris sit, nec Regem nec illius
ministros ignorare, ipsorum
prudentia mihi persuadet, &
& versa nuper in Belgium ar
ma, triplici foederi occasionem
dedisse, cognitum abunde videt
nisi itaq Rex verecundiam om
exuere in animo habeat, non la
befactabit barbaro impetu & ar
mis irreligiosi promissorum fa
rum fidem, nec pro Rege Ch
stianissimo terrarum omnium
prodonem, cum infamia sua
orbi ostendet. Hinc etiam Le
gationem Cosaream efficacem
quadantenq futuram, ideo non
de

desspero, quod nondum eo superbiæ excreviisse Gallici felicitatem existimo, ut augustam Cæsaris & Imperii legationem, superciliose contemnere, & plane irritam dimittere, convocibile ho fortunæ, crédere ausit. Deniq; si libitum fuisset Regi, armis infesto Germaniam intrare, quis quæso, summovisset irruentem? quæ vires nobis? qui apparatus? quæ propugnacula in finibus Imperii & arcendis hostibus arces? & eo scilicet, quæ Ipse Gallus ab Imperio habet, fortiores munivit & potentibus præsidiis inhabitat. Nihil ergo

timen-

timendum ab eo reor, qui cum
omnem turbandi occasionem &
media habeat, pacatam tamen
Germaniam relinquit. Una
me Caesaris orbitas, et, quod
Deus prohibeat, inopinus, si
contingeret, abitus magnopere
anxium habet, tunc enim Ger-
mani, nullam sperare salutem
eo rerum articulo suprema
Germanio fata incubitura, so-
pe tristissima cogitatione con-
fidero. Rex Galliae cum Carolo
Seniore Lotharingio nec pacem
se, nec foedera firma posse hab
statim ab initio motuum novi-
rorum professus est, nec ab
magis de causa ditione exutu

quam ut novandi potestatem
adimeret inquieto. Non ambi-
tionem, nec impotentem pro-
ferendi Imperii fines libidinem,
seo ipsum Lacis & cum vicinis
Principibus studium quietis, Regi
indulsse hoc arma, argumento
esse quod paratus sit Carolo juni-
ori, vel alii ex hac domo Principi,
bona fide restituere agrum Lo-
thoringicum, seo supplicibus, &
beneficio Regis agroscentibus.
Qua de re Legatus Cæsareus,
in ipso itinere seo cum Carolo
utroq, Imperatrice item Electo-
re, deliberandi mandatum habere
dicit. Ipsa Lotharingia in-

tercea

terea, in Provincia formam
redacta videt, submisso Duc
Crequio, Proside, & regio, quo
alio, Cuostore.
Nuncial, jam dim ex Gallia re
vi militis conscriptio, et stre
nua veterum copiarum sup-
plementa; reo desunt tamen
qui credunt, Rol ad terrorem
magis fingi, quam revera bel-
lum parari, cum & Regis aus
ritia, & Lionnoi ac Colbert
pace quam bello majorum, con
silia à turbis abhorreant.
Secundo vi bellum in pace
gerere, et ad Gallica reveren-
tiam gentes adigere, visus est
hoc

hactenus non infelici successu, coniuge Hollandi, sella tempestate, si erumpat, irritum, vix dubiū, magnum quidem exercitum pene sub signis habere dicunt, sed totum fere ex patribus familias, et nihil minus quam castrorum disciplinam & officia militij edoctum, haud magno usui futurum.

Epistolas fratris mei tandem decrevimus cum Ophem. polit. proelo subjicere, sed extra Germaniam, et ut Typographus profitetur: si amicorum opa collegisse posthumas chartas.

et

& Divisse. Vale Cum omnibus
Tuis. Stutgard. 2. Dec. 1670.
Tui Illmi Dni, reverentissimi
M. Forstner.

Epistola 45.

Illustrissime Dne & Patrone.
Tu ipse, credo, conjicis, ad ul
timas Tuas literas respondeo
di officio, injectam fuisse ab
occupationibus moram, & co
quine veniam in antecessum
rare audeo, antequam petam.
Post vero ab Electore Bavari
periculum immissse accep
verum, augustissimum Impe
ratorem nostrum, Scriptis ad
Electorem literis, dissipasse-

Rom

hanc tempestatem. Lotharin-
gio fatum, Legati Imperialis
in aula Gallica fortuna ex-
plicabit. Magna interim co-
piarum Gallicarum vis in Lo-
tharingiam nunciata effundi.
Ad hoc, quid nos Germani? si
suspectum profitemur exerci-
tum Germanis adeo vicinum
& aperte indignari audemus,
jam bellum habebimus, impara-
tissimi ad bellum. Sin otiosi
spectamus has turbas, nec
proximas ardens vicinia
nos movet, prodemus dege-
neri patientia imbecillitatem
Imperii, & Roper velut mone-

bimus

bimus Latius imperare. Hoc
& similia tametsi non sine gra-
metu succurrant penitq rem
cogitanti, magna tamen a tri-
plici foedere spes, cui a sacra
tissimo Caesare ut Archi Duce
Austriæ insigne decus & robur
robur accessit, animum erigit
tum generosa Helvetiorum &
joribq sui digna audacia qua
Sparica in Comitatu Burgundiæ
munimenta, suo gentis praesidio
deserteri dicunt, vix sint dubi
tare, cogitaturum pro sua pru
dentia Galliæ Regem, si ad po-
tentiam Triplicis foederis, no
va Helvetiorum, & facile in

bellum

bellum eruptura indignatio, ac tantillo insuper Imperii vires coeant, plus hostium fore, quam quibus debellandis parem se credat. Ipsa denig Regia repetita toties professio: se neminem innocentem armis oppressurum, fidiciam facit, non permissurum gloriosissimum & pijssimum Principem, ut quisquam se populus deceptum sub Regia sollicitationis larva, cum Regis infamia querat. Serenissim. Brandeburgii Marchio, paucis antiquam hinc discederet diebus, consilium itineris sui pluries mutavit;

Primo

Primo fixum illi erat Lutet
am contendere, & jam nepotem
meum Henricum comitem eò a
verat, superveniere dein ratione
quibus omittere hanc excursionem
persuasus est. Mox argentoratu
petiturus videbat, sed constitit
denig literis Francofurto huc
perscriptis Principem illac do-
mum perrecturum, transisse.
De magistro lingvæ gallicæ m
hil hactenus, nisi ex tuis lite
vis intellexi, Li Fibi, Domine
ita videt, ipsum proximis
diebus huc remeaturum March
nem sponsum, quid ejus sit, pe
contab

contabor, &, quid ex eo receive-
ro ad Te perscribam. Vale in-
terim, & novum annum, Deo opt.
max. Tibi Tuisq omnibq, largitas
& Clementes benedicente, auspica-
re & favere mihi perge. Stutg.
30 Dec. 1620.

Tibi, J. J. Reverent: W. Forstes.

Epistola 46.

Illre Duci & Patrono.

Gallus noster Serenissimum
Herum suum reverenter salutavit
& ab eo quicquid à Clementissi-
mo Principe expectari potè
intellexit, sed in ministrorū
fastu ac incuria multum de-
liderat. Significaverant mihi
Com

Cancellarius Acinius & Prof. in
Publius, professorum glossodi- sci
dascalum istum cum primo, qu aus
hinc domum rediret, carpento 14.
nox, illud plus justo oneratum
constanter hominem sui incertu
deposituerunt. Ad Principem
ipsum, ante prandium vix un- Ille
quam surgentem vel se vestien- qu
tem, Serenissimae dein conjugi qu
aut Principum aliorum consor- pu
tio immixtum, hoc, ut volebam hi
deferre hactenus non potui, ca tro
vabo tamen ut Neapolis mei tem
Henrici, raro nisi nocte concu sio
bia recedentis ab aula, dilige rab
ti opera, nisero & sine pecunia die
in

in diversorio Lorenti satisfiat,
scio, à Te commendatos omni
auxilio dignos esse, vale dab. Stutg.
14. Febr. 1671.

Tibi, Illme D. cū obser. & obseq. addict.
W. Forstner.

Epistola 47.

Illme Dne & P.

Multum me Tibi debere fateor,
quod tantarum dotium & indoli
juvenes Tua commendatione mi-
hi amicos conciliaveris & Pa-
tronos. Doleo tantum, quod eo
tempore advenerint, quo Confes-
sionibus & Coenae Dominicae ope-
rabar, ac sequentibus huc usq;
diebus, a Serenissimo Principe

pro

procuranda sine mora negotia
habuerim. Inde enim factum
est, ut eo minus profens Paro-
niby nostris officia mea tespari
potuerim. Succesere tamen
qui vicariam operam prosta-
rent & ipsa Marschallus &
alii praterea nobiles in aula
amici; quos peregrinis nostris
abunde satisfecisse confido.
Adiit me statim à reditu
suo Glossodidascalus & à Te red-
dit. Satis ibi esse debere dixi,
quod innocens pronunciatus;
vel habita in ancillam suspicio
delicti recidiset; hanc a se di-
mitteret, nec novis rumoribus
ansam

ansam probeat. Hodie iterum
comite uxore colloquium quoris
meum, nescio quo fine, nec enim
aliud ipsi consulere possum, quam
quod jam consului, ut missam fa-
ciat servam, & iter suum quo per-
gendum habet, pergat; ad quod
si pecunia deficit, à me mutuo
sumat. pridem ibi officium hoc
promisi, non ignarus, quantis
molestiis implicentur, qui ista
necessario ad omnia subsidia
carent. Vale cum ôrby Tuis &
me amare perge. Stutg. 14 Martij
1621. Tui, Illme Dne reverentiss.

N. Forstnes.

Epistola 48.

Illme Dne & Patrone. Uter

160.

Uter noſtrûm ab aliquot hinc
menſibꝫ ſcribere ad alterum pri-
or ceſſaverit, non equidem bene
recordor, ſed ne mutuis inter
nos contentionibꝫ hoc quaſi ag
tet, à me coepiſſe diuturnum
ſilentium, eo facilius conceſſero
quod proter negotiorum meorum
molestiam, etiam pigritiam mi,
quandam, ſemptum ſæpe ſcribe
di conſilium intervertiſſe, mi
hi ipſi verisimile videt. Tu
tamen amicorum Principi, in
ter occupationes ipſas deſtin
tum a me aliquod vacui tem
poris momentum, proclare
meminì, non quod eo nomine
aliꝫ

aliquid mihi à Te deberi, aut
Tua referre, superbus litera-
rum mearum æstimator in-
tendam; sed ut, raro quam-
vis, tamen interdum, brevis-
sima scriptione Nominis &
meriti Tui gloriam à me
constantissima memoria tene-
ri, significem. Hic, inquam,
si quas aliquando Tibi, codicil-
lorum meorum finis. Iam de
republ. disserere, nec vacuum
esse homini alii, corradendo
stipi &c. & prodigendo pecunio cui
destinato, nec tenui judicio de
gravissimis rebus sententiam
promere decorum. Te vero,

Vir

vix maxime, gestirem, de ar-
morum Gallicorum rumoribz
de agrippinatij cum urbe fra
discidij componendorum tenta
mentij, de Brunsvicensium re
bus & fortuna, sentientem au
dire. Mihi sane de justitia
causae non constat. Elicuit ta
men apud non neminem mi
sericordiam narratio, paucis
ante obsessum Brunsvicum die
bus, serenissimo illij Domin
Principem unum, in ipsa urbe
magnifice cultum habitumq pa
veris nitrati copio tormentis
Monasterienſis Episcopi in m
ducias commissa obtendentem,

Gen-

Gentilium suorum animum benevolum, amplissimis verbis ac interposita fide jactantem, mox castra metiri visum, prodam agere & in populationibus agrorum fovire, quibus paulo ante pacata omnia proniserat. Id vero nec gentium juri, multominus legibus Christianis consentire videbatur. Minimum est quod Agrippinatibus eadem fortuna incubitura videt, edoctis jam tristi experimento Imperii Stabilibus à nemine succurri. Atrior & acerbior cura tangit cogitantem, hoc despecto majestatis specimina in Augustissimi

Cos.

Cæsaris oculis ~~vidi~~ edi, hoc, caput Imperii videre in Impio & pati adactum! Arma, scilicet inconsulto summo Principe, immo invito & prohibente, expedire, infesto exercitu sibi ipsi jus dicere, & cum Gallis antiquum statuere, jus in armis & omnia fortium virorum esse, hoc vide licet est Statuum libertas, sed ea, credo, quo (: mentiar :) libertatem aliquando pessundabit. Gallum in Belgio nihil hostile tentasse, sed municipii potissimum urbibus usum exercitu, quam vix mirandum, tamen argumento est, ostentare cum malle, quã habere

habere bellum nam quod equitem ad proximos Germaniæ fluvios dispositi, pabulationis commodo factum putat, & eo. acta in mediomatricibus magno numero tormenta, ad famam belli, quam ad bellum pertinere crediderim. Certis enim & secretis comperimus literis, rediturum brevi in Galliam suam, Regem inde visurum Lupellam & maribus committendis opera ac labores. Mox Chamborinum concessurum, & in amœniſsimo illo ad Ligerim secessu tempus aliquod remissionibus daturum; fruat sane potenlis.

tissimus Princeps Regijs delicijs et voluptate, dummodo moderet felicitatem, nec cum coeteri orbis injuria luxuriare patiatur. Vale Stutg. d. 7. Julij ibij

Tibi Illme D&c. P. cū obs. & obseq. ad

W. Forsnes.

P. S.

Ad Stalburgerum proxime scribam, Salutabis interim a me prolixissime.

Epistola 49.

Illme. D. & P.

Cum dies hodiernus proter literas pluribus scribendas, etiam menstruarum apud nos precū solennibus dicatus & benedicente Deo, heri post meridiem

filij

filius, non vacat mihi esse prolixiori. Verbo igit ad novissimas Tuas literas respondebo: Tui, Domine, & Filii deliderio cura habiturum; quamvis dicendum quod res est; magnum hic tam indigenarum quam exterorum officii Candidatorum numerum, nequicquam hactenus expectasse votorum horum compotem fieri. Nos tamen Deum rogabimus ut consiliis nostris & curis, prospero tandem successu clementer benedicat. Diligentia certe mea vobis non deerit. Molitiones Gallicas vehementius exhorrescerem, nisi meminissem

nissem: posse Deum, quod & sapissime fecit, humanarum v
rium superbiam ex abdito sterere, et rebg creperis, aliqua
do, unde minime sperabat sup
venisse auxilium. Hoc spes
& in Deum fiducia mihi ali-
quod solatium porrigit in re-
publica desperata. Vale Stut
ai Julij 1671.

Tui, Ille D. & P. reverentissimg

JV Forstner.

Epistola 50.

Illustrissime Dne & Patrone.
Ego diversorum ex Gallia nun
ciorum sententia illi accedere
quo opinat de pace. confir.

manut

mont etiam D litere inde ad
nos, Cripto: Omnem illum ap-
paratum, unum, validis presi-
dijs, et Regni munimenta, et
occupatam nupero bello Belgii
partem, tutandi, finem habuisse,
paulatim innotescere incipian-
ter, quod velando dedecori ex
ostento nec inferendo fine diseri-
mine bello speciose factari credi-
derim; ex quo intelligit, esse ad-
huc qui sua defendere audeant,
hactenus certe inducto in Ro-
sticum copio, Rosem non habue-
re, nunquam, quod meminerim,
in morte Cardinalis ultimi,
collatis

collatis signis pugnatum est, multo minus cosi profligative exercitu, ut, quid post cladem acceptam animi, quid consilii & roboris superesset, constare posset. Itt nunc serio arma parari, & inimicas ex adverso acies consistere, non contemnet supercilio belli incerta cogitaturus. Non cha potentissimi; cujus proteca, si omnino infesta Germano & Cæsari ambitio esset, egregiam ordiendo rixæ occasionem porrigebat, illata super Ciervo equiti Gremonvillio à Principe Lobcowitzio injuria, huic re quamvis Aula interdici Rex

stulaverat, patiet tamen, ut no-
vissimis literis nunciatum est, mi-
tius super eo negotio transigi. Sed
si magnus ille Turc, de consilijs
Italicis hariolari vix posse me-
diocrem Politicum scribit, mul-
to decentius ego homunculus or-
neum & lingvam compressero.
De filio serio cogitare pergo, am-
plissima navato operæ mercé,
erit, quod Deus faxit, voti no-
stri respondebit eventus.
Appulit nuper Argentoratum
uxoris meæ è sorore nepos, He-
ctor Guilielmus Imlin, Te Domi-
re, si quod ab occupationibus oti-
um, Tibi superabit super studiorū

cont

continuationem, cum bona venia Tua, reverenter interroga turus: quor profectus Giessa attulerit, aut quid omnino ex eo spe vehementer: Te Domine interprete, scire desiderem; ut, nisi hinc aliquid promittat, ad aliam vitæ professionem mature transeat. Ignosce quoso, importunis precibus Te fatiganti, et cum tibi tuis vale Stuty. 11. aug. 1671

Tibi pp addict. Jo. Forstner

Epistola 81.

Illme Dne & P.

Non sunt semper meliora quæ plures sentiunt. Inclinum

qd

quicquid tandem opinentur, qui
procipites, non dico jam quo suc-
cessu? ad studia juris ferantur,
omnino tecum puto, oportere
exercitio stili & bonorum autho-
rum sedulo lectioni incumbere.
Et si, Te Duce, insistere hanc se-
mitam contingere illi potest, habe-
bit non modo Amicum, sed me
precipue, maximi beneficii de-
bitorem. Monebit vero ille
ut parce & reverenter opera
tua utatur, nec nisi vacuo à gra-
vioribus occupationibus tempore
de cetero, vel solum Boecleri
nomen stimulos habere debet.

Quid

quid Ulmo actum sit, nondum
reversi quor. eo. Serenis. meus
Princeps miserat intelligere ha
ctenus non potui. Gallio Legi
unum esse consilium, urbes &
munimenta milite implere, u
validas inde, si bello petat, copi
as educere possit, constanter Lu
tetiæ ad nos perscribit; Nec
Germaniam turbaturum, qui ta
to nisi, illi procuraverit qui
tem. Regem palam & seriò pr
siteri maligna Moguntini in
sectatione tradiori Regem inno
centiam, quasi vastis cogitatu
nibus Germaniam complecta
qui palam defectionem in anim
hab.

habeat. Qua fide ipsa jactent
utring, Deus noverit Agrippi-
patem, & sine jactura existi-
mationis possit, reconciliari
Colonia sua, ferunt Specie re-
cusantis flagrantissime cupe,
è Gallia certe nihil auxilii fo-
re. Regem inter & Batavos pa-
cem denuo tentari, indicio esse
quod Grotius Legatus, quamvis
abiturum infecta re, non dubi-
tabat amplius, moras tamen Lu-
tetiæ trahere non ingratas Re-
gi, & repetere cum Lyonneo
colloquia, dicat. Deus, pro
sua misericordia, omnia di-
rigat.

rigat ad pacem. Vale Stutgar
raptim. 25 Aug. 1671.
Illmo nomini Tuo devotissimus
N. Forstner.

Epistola 52.

Illme Dne Dr P.

Operosius excusarem dilatam ad
literas Tuas novissimas respon
sionem & molestos officii labores, un
de in caetera fastidium, ambitio
sius obtenderem, nisi solam bo-
nitatem Tuam mihi ad veniam
confiderem Suffecturam. De Re
publ. nihil habeo quod scribam con
sentiamve, omnibus, etiam in pro
ximo vicinia, imo apud nos ipsos
gestis & deliberatis, & quo adeo
edoceri non curo, ut potius in tu
ero habendum existimem, nescire,

quo nisi cum aegritudine animi
& moerore non intelligabat. Li-
bentiq; itaq; ab istis ad privata de-
vertam ubi primum, quid ulti-
mus litera Lutetiano significa-
rint, retulero. nunciant illo-
stupendum Belli apparatum
CXX millia peditum XXX equi-
tum esse partim sub signis, par-
tim quod numero huic deest
proxime futurum. Nemini
contare quosnam mortalium
hoc fulmine percelli, oporteat.
Ego tamen vix dubito, hoc gal-
licâ jactantiâ vulgari, nec
facile mihi poterit persuaderi
Regem oeconomum, & tenacissi-
mum,

rum Colbertum in tantam pe-
cunio profusionem consensuro,
quantam tot capitum exercitus
requiret.

Pro Clarissimo Obrechtio quem
prolixe cupio salutatum, Lodie fa
ad Serenissimum Ducem Durlacen sc
sem scripsi. Proter Essenium
qui meo suffragio officium Con
siliorii adeptus est, etiam De-
cherus quidam, Rutgardimus
nescio quo progeneta, in collegi
um Consilii adeptus est; ita vi
numero expleto vix spei aliqu
hoc quidem tempore superest ali
expectabo tamen responsum, an
saltem promiserus aliquid sit
in futurum.

De

De procuranda filio Tuo, cui plurimam quoq; salutem dico, Statione aliqua donec, solicitudinem non deponо, sed in tanta Candidatorum copia, ubi fautoris potentia nitit, opus est patientia longiori. Nec vos credo, mora poenitebit, si vel tandem, Deo benedicente, studium meum & commendatio, aliquid pro vobis effecerit. Vale Stutg. 15. Febr. 1671.

Tibi. S. D. & R. ex cultu addictissimus

N. Forstner.

Epistola 53.

Illustrissime Dne & Patrone.

Maestissimus accepi literarum Tuarum argumentum, dolorem meum eo ipso augentium, quod

quod animum succurrendi, non ant
possim profectissima ope pro- nos
bore quo ipse suggesseris Edu- for
lo curabo. Scribo hodie ad af- Gon
finem meum Lersserum Con- Sa
salem enim seniorem vix novi la
cum preciby & adhortationib hu
aggredios ut latronum, quod ex in
tibi negotium est; ad equitate con
inflectat, quam omnes viri quo
boni Christiani maxime, de aux
qui proximo, quem nefas in cre
nocentem opprimere. Sunt per
Proceres quidam vienne, qu La
bus olim in Italia usus sum f
familiaritas; sed cor pridem ad
fastigium sum, ita finxit ut Po
aut Pr

ante annos aliquot Ratisbonæ non obscure dedignarent consortium meum. Unus Jonas Jonas Schrimpfius, Elector. Sax. & Ducis Wirtemb. in aulâ Cæsarea negotia curans, adhuc mihi amicus est, cum proxima Mercurij die, literis compellabo, & apud potentes quos habet Patronos, ut Tibi auxilio sit, orabo. De cætero crediderim in porrigendo Imperatori Libello Tuo Supplici, Lambecium aliquid posse. Quid si Electorem Moguntinum ad opem ferendam solicites? Non recusabit spero optimus Princeps, hoc ministro suo

&

& Consiliario necessario tempo-
re officium; & literas salten
commendatitias daret ad Fran
cofurtenses, confiderem certe,
effecturum aliquid, reverenti
am Principis vicini & potenti
Hoc Tibi maturius cogitanda
relinquo; & Te cum domo Tua
Dei opt. max. custodiæ Sanctæ
Spiritui commendo. Stutgard. Se
Stimantes in Fest. Michael. 1671.
Tibi, J. D. & P. ex studio addictiss.
JG. Forsner.

Epistola 54.

Illme Dne & Patrone
Luid animi & Consilii mihi
in adversa Tua fortuna, ex
prioribus meis literis intel
lex.

lexisti credo. Scripsi franco-
furtum ad affinem meum Leer-
nerum, & viennam ad Jonam
Schrimpffium, plures in aula
Caesarea & potentes habentem a-
micos patronosve. faxit Deus,
ut vel illorum, vel aliorum opa
salutare tibi & in tempore au-
xilium ferat. Ego à Serenis-
simo meo Principe Grendenta-
dium quitos, discordium inter
se operarum, in effodiendo me-
tallo sententiis examinandis,
non minus is diebus, molesto
occupationi impensurus, quod
ideo te quonendum duxi, ne
miseris, si per hos tempus
nullas à me literas accipies.

Vale

184.

Vale Patam Stutgard. 8. Oct:
1671.
Tibi. J. D. & R. ō studio addict.
Jo. Forstnes.

Illme Dñe Epistola 55.

Patrone Summe.

Vix credo, te majus ex Illmi Hocheri literis gaudium percepisse quam me, qui probitati & innocentiæ Tuæ gratulatus sum inveniri semper, & ex Dei providentia in Aulis summorum Principum prodire Angelum aliquem, qui opponat se malitiæ improborum. Quod si Portenerus importunus esse pergat, ipsi stendum erit patrocinio

Hoch.

Hocheri. Ego inter molestissimas occupationes per octiduum adhuc horebo hic, montium & silvarum Spectator; si filius non dedignatur hominem ferum videre in alpium suarum claustris latentem, erit mihi remedio ne dediscam plane humanitatem. Vale dab. per scripturationem Summam Frendenstadii 25. Febr: 1671.

Tui. S. D. reverentissimus

W. Forstner.

Epistola 56.

Illme Dne & Patrone.

Quod Te valetudo mea solicitum habet, gratias ago maximas illas, Dei beneficio utor

prof

prosperrima; et ipsam quam
ex bimestri meo carcere fren
Deo Sadiensi retuli corporis me
ciem; inter causas habeo sani
tabi: proxime plura. Mortu
enim Duce Ulrico; statim à
reditu meo, excepernt me ali
quantumvis ab officio meo pl
ne diversi labores. Futur jam
cum ullo Profecto curare so
lenner futuri funeris cerem
nias & pompam, ignosce igitu
brevitati & vale cum Orby tu
Stutg. 8 Dec. 1671.

Tibi Illme Dnē cū obs. & obseq. adh.

W. Forstner.

P. S.

Elector Trevir pro sua ditio
ni

pis securitate, clam solicita-
vit Reginam Hispaniæ per Le-
gatum, & illam quamvis dissuaden-
tibus Proceribus; arcano fœdere
promissæ Electoris protectio-
nem, ex ipsa aula suadit, ab
homine magnæ dignationis ad
Serenissimum meum Principem pe-
scriptum est. Sed putas ne sati
consultum Reipi, Galliæ vicino,
petere & habere ab Hispania
in Belgio? ex ipsa enim Hispa-
nia aliquid sperare absurdum?
viribus, auxilium in Gallos?

Epistola. 57.

Illme Dne & Patrone.

Per integrum fere mensem do-

mi

mi detineor, non morbi alicuius, sed exigui in pede tumoris impedimento, nec ideo negotiorum ꝑ me, invisit me, plus quam vellem diligenter, Collega, Secretarii, alii, aut rogantes sententiam, aut aliud quid mecum agenter. Ipse Serenissimus Princeps quantumvis absens negotium fovet inde aliquod expediendum committit. Omnes denique incurrunt audacius, quia domi forentem credunt otiosum. De reditu grato Gallos inter & Suecos foedere, magnifica scribunt Lutetia, quo tamen diversis ex Hollandia literis refellunt

nec

nec id obliuisse Pomponium
affirmanter, ut Suedi saltem
quieti assicerent Gallicam Ren.
expeditionem. Agrippinatem
palam descendisse in Gallia par-
tes ferunt; Et Episcopus Mona-
steriensis, Gallico nulite & pecu-
nia instructus, non segnius
pro veteri in Belgas foederator.
odio, per illorum Provincias
arma circumlaturus putat. Nec
desunt tamen qui Regem post bel-
lum quodammodo jam coeptum,
à pacis consiliis non simpliciter alienum asserere audeant.
Actum recens Hagae Comitis ps
foedus Hispano Hollandicum
gallo calliora consilia sapisse
pt.

potes, cum nec difficant literæ Parisienses: non sine acerbis doloribus ano & indigestione acceptum fuisse foederis hujus nuntium. Ita nulla usquam potentia in tantum excrescit, ut nullo amplius ex alia aliqua metu laboret. Vale Stutgard. 26. Jan. 1672.

Tibi. J. D. cum rever. & obseq. addict.

W. Forsner

Epistola 58.

Illme Dne & Pater.

Duo medicus noster Primâs, in oculis meis de Obrechtio nostro nuntiavit, ita animum perculerunt, ut non potuerim à Te quid ejus sit? percontari nec

neo curiosam quæstionem appellaveris, anxiam pro hominis solicitudinem. Deum precor, ut vanus & temere sparsus rumor sit: Obrechtium in carcerem conjectum, occulti cum Gallo consilii reum. Tu, Due, si potes solicitudinem deme, & lætiori nuntio avidum pectus imple. Vale Rutg. 9 Febr. 1672.

Tibi D.D. addictissimus & studiosus
N. Tornæus.

Epistola 59.

Illme Due & Patrone.

Tuo consilio litteras tuas priores 5. hujus mensis ad me scripta

pto, Elsnero primum & quidem
Durlaco absenti commendato
fuerint, post tantum temporis
ad Te redierint, qui eas inde
Fechtio Durlacum reuisisti
à quo heri demum accepi, equi-
dem non intelligo; nisi veriti
C: nam & Obrechtius una scri-
pserat) ne vepres ad exteros
literas suspiciosa inimicis in
tercipierent, si notis characte
ribus & sigillis cursoribus ordi-
nariis traderentur, maluisti
illas circuitione ad me per
venire. Peruenere quidem,
sed sero heu! & 15. minimū
diebus

diebq postquam sumptum jam
de obrecto Senioe supplicium ex recensioribq Vris literis cum stupore intellexi.
Oportuit nempe calamitati
vestrae, etiam hoc infortunii
accedere, ut per vestrarum
literarum errores, tempus per-
iret, intra quod impetrare
poteram commendatitiam à
Serenissimo meo Rege epi-
stolam ad vestrum Senatum
Quid dicam mi Dne, aut quid
scribam, omnino nescio. Nã
jubere vos forti animo esse
et ferre quae mutari non pos-
sunt, cpue est, qui non intelli-
gat

gat magnitudinem vestri mali, & quantum miseriarum complectatur funesti casus atrocitas ego vero vos justissimo dolore perculsos agnosco, & luctui vestro meam miserationem adjungo, sicut ad Deum ardentibus precibus, ille vobis det animum ferendæ calamitati parem. Quod si solatium aliquod admittere potest tanta clades illud primum in innocentia superstitum ponendum, deinde in bonorum omnium judicio & sententia. Quis enim bonus & sapiens, non dicam aversabitur, sed, minus osti-

estimaverit, dilexerit ve, inson-
ter amicos, ob alienum crimen?
immo absoluti apud rectè sentì-
entes, etiam patrocinium in-
venient, quo digni credunt
& indigi. Imperitum cum ju-
dicio sao corrupto vulgus, con-
temptui habendum, & posset
tamen, si mereret, ostendi illi,
cosi carnificis manu Reges &
Principes, ac pauca per ob or-
bem familia, quo nunquam
viderint vel legerint unum
aliquem gentilem sum dege-
rem. Hoc pauca per sum-
quam pefinationem ad scri-
bere

bere succurrit, Obrechtio pro
xime respondebo. Deus inte-
rim eligat vos ut voleat is.
Vale. 23. febr. 1672.
Tibi. 9.9. et studio addict. semp
Jo. Forstner.

P. S.
Inde ab initio hujus anni ob
pedum tumorem domi attineor,
quotidie tamen consilium Ca-
merale habet in aedibus meis.

Epistola 60.

Illme Domine & Patrone.
Quod aliquandiu ad te scri-
bere omisi, nolleni tibi dare
occasionem suspicandi: me
amicos solicitiose negligere
in

in adversis. Jam inde ab initio hujus anni, ejus valetudine non satis prospera, etiam quae ex muneris necessitate incumbebant, sepe differre, aut expedire segnius coacty fui. De cætero, idem mihi erga amicos in utraq fortuna animus, & inserviendi voluntas, cujus reapse tesseram gratia, avide arripui occasionem à Te datam, petendi à Serenissimo meo Principe commendatitias ad Illustrissimum Comitem de Leiningen, quas non difficulter obtinui statim, et ipsi sine mora jungendas putavi

con-

consultum. Si alius quog ad
Principem Palatinum Christia
num literis fuerit opus, & il-
las me ~~tm~~ ab Opt. meo Prin-
cipe impetraturum confido.
Sed antequam tentemus Pala-
tinum, credo expectandum e
le præsentis propositi nostri
eventus, quem Deus felicem
& votis nostris parem velit
In inscriptione literarum ad
Comitem, relictum est spacium
à vobis addendo pronomini
quod hic ignoravimus. plu
ra hac vice scribere prohi-
bent capitis dolores. vale cu
Alby Tiro. Rutg. 12. April. 1672.
Tui. J. D. cū obsero. & ō Stud. addictiss
N Forst

S. S.

Cum hoc ipso momento Sere-
nissimo meo Principi, Litera-
ad Comitem, afferrem ad sub-
scribendum, & rescirem ulter
quisnam ex Comitibus de Lei-
ningen Dachsburg, quorum plu-
res sunt, esset compellandus,
Camera Imperialis Praeses,
an vice Praeses, an alig, & pro
officii diversitate etiam titulo
variet; expectandum fuit, do-
nec distinctius designes, illum
ad quem commendationem
pro Filio Tuo deside-
ras. Ingratissima mihi hac
mora, sed quam primum ex Te re-
scivero quod ignoro, litera-
sequent.

Ep.

200.

Epistola 61.

Illme Dne & Patrone.

Opportune mihi sunt reddita literae Tuae, quo si horis saltem tribus aut 4. tardius advenissent, non superarat tempus, Commendatitias ad Comitem, Serenissimo Principi absenti subscribendas transmittendi, et inde rursum expectandi, Rodiernis cursoribus tradendas. Exemplum literarum ad Comitem sic habe. Deus consilium fortunet! Serenis. Principi proxima die Lunae Hohenzwielam profici. Sed inde excursionem no- Schu-

Rusiam tantum, sed Figurum
& Bern: etiam in animo habet.
Serenis. Durlacensis in Helve-
tiis erit obvig, et accessurum
quoppiam ad colloquium, Epi-
scopum Constantiensem ferunt:
asciti huic itineri Hantenffel
& Biedenbach facile fidem fe-
cerint, non tam remissionibus,
quam magni momenti negotiis
dari speciem exspaciandi. Deg
Te, Vir maxime, cum Orbe Tui
Salutet Servetg. Stutg. 19. Aprs.
1672.

Tui. Dee. D. & P. reverentissimg.

W. Forstner.

P. S.

Cum omnia diligenter crederem
curasse

curauisse, factum est Secretarii unig aut alterius incuria, ut perperam ab illis nec ex usu composito litera ad Comitem, describenda iterum, non potuerint ante octiduum, à Principe qui denuo rus exiverat expediri. Hinc mora, quo; quam vis sine culpa, magno tamen dolore meo, huic rei interjecta est. Rutg. 26. April. 1642.

Epistola 62.

Illme Dne & Patrone

Cum ab eo tempore, quo desideratas à Te literas commendatitias ad Comitem de Leiningen misi, nihil responsi acce-

pim

perim, duplici solicitudine anxius tam scilicet de valetudine Tua, quam literis illis an redditis Tibi fuerint. Quamobrem Te rogo facias me de utroq certiorem & me credas. Dat: 10 May 1672.

Tibi, D. D. & P. ad omnia devotus.

W. Forsnerus

Epistola 63.

Illme Dne & Patrone.

Non sine magno animi motu & indignatione ex prioribus Tuis literis intellexi, tam parvo authoritatis fuisse Serenissimi mei Principis nomen, ut unius privati, nec nominis nec meriti ullius, invidio & nequitiæ plus tribueret. Solatio

reobij

vobis esse debet, providentia divina, quo de meliori fortuna tandem prospiciet.

Gravello facile est arrogante, & insense in Comitiis loqui, plus satis quam vobis proximus. Expectamus proxime Legatum è Gallia Fenquierium, inter quos dum Germanici Principes, etiam Wirtenbergic. adire jussus. Is mandatis ut antea Lutetia significatum est, habet, animum Regis benevolum & pacatum exponere, & ob id ipsum rogare ut liceat Regi, per Imperii Status, bellum gerere cum Hollandis, ver velint sibi foedere ullo. vel

aux

auxilio contrahere periculum.
Saxonia nihilominus Electorem
Domum Brunsvicensem totam
& Hasso Casselleanam, amplecti Hol-
landia causam etiam Lutetia vul-
gatum est à quibusdam. Ulmae
propediem Comitia Circularia
habebuntur. Quid Serenss. meg
Principi, Marchio Durlacens.
& Episcopus Constantiensis cum
Helvetiis peregerint, nondum
scio. Nihil in summa effectum
esse aut conclusum, inde cre-
diderim, quod non soleat gen.
illas de negotiis magni momen-
ti extra Comitia sua Badae
in Ergovia statuere.

Die

Die hujus mensis 28 vel 29 De
volente cum uxore & filio na
tu minimo in acidulas Schwal-
bacenses proficiscar, coteros m
os liberos Tubingam transporta
vi, ubi affinis meus Prospectus
Besigheimensis superior, illos
per absentiam meam curabit.
Illud de quo novissimis tuis li
teris quæsivisti, valde arduum
est, nec nisi ab exquisito pru-
dentiæ ingenio expediendum
nunquam de talibus ego judicium
tulerim, quem multo leviora pl
satis fatigarent. Istud inter
dicere audebo. Garantiam de

qua

qua scribis, vix posse sperari.
Quis enim idonee caverit, quâ
qui illarum sit virium, ut tur-
bantes coërcere possit? talem
vero quem mihi nominaveris,
credendum igit erit soli regiæ
sponsioni. Major etiam reve-
rentia Majestati exhibebit, si
illi simplicitas fides habeatur,
quam si importunis postula-
tionibus interpellet de guaran-
tia, qua nobis scilicet cavea-
mus tanquam ab impostore.
Ego denig ita scribo: fidem
habitam, fidem sancire, & in-

deore

decore contrectari quod non
obtineas. Vale cum Tuis oibus
Rutg. 24. May 1672.
Tibi. J. D. cū obser. & obseq. addict.
W. Forstner.

Epistola 64

Illme Dñe & Patrone.
Citius redijssem ad commercium
literarum, nisi speraßem Imli-
num Tibi narraturum: quam
ex necopinato accidulis Schwa
bacensibus evocatus justus fuerim
in Hollandiam ad Regia Castra
Profici. quid viderim, quid
audiverim, itidem ex Imlino
intellexeris; mihi enim hoc
persequi vacuum non est inde
à

à reditu meo tot & tam diver-
sis negotiorum, quamvis ab offi-
cio meo alienorum, plane, mole-
stiis implicato, ut vix cibo so-
mnoq; tempus quietum superfit.
Unum compendii loco referam.
Cum in urbe Wesel à militibus
Gallis utpote peregrino & arma-
tus, ad Prosectum Comitem
d'Estrade, deducerem, Ille co-
mitem acceptum, etiam ad co-
nam retinuit & interrogavit
quid per Germaniam superio-
rem diceret, de tam subita tot
munitissimarum urbium occu-
patione, cum Ego mirari omnes
& stupere ad inauditam antea
celer-

210.

celeritatem, qua plures Rex
Urbes ceperit, quam Dies suo
expeditionis numeravit, respo-
dissem. Ego vero, inquit veram
huius rei causam tibi edam:
Rex nobis fuit cum civibus, plu-
ris constitisset sua Regi felici-
tas, si militer meniisset. proxi-
me plura. Vale cum tuis Tuis
Rutg. 16. Aug. 1672.

Tibi Illustrissime Domine
Cum observ. & obsequio addictg.

W. Forstner.

Epistola 95.

S. P. D.

Statueram equidem, amplissime vir, unico domus meæ præsidio, carissimâ uxore amissâ, nullis posthac convictoribus uti. Postquam autem solitudine alienda mœstitiam ipse sentio, neq; ut tibi quicquam, quod modo in mea potestate sit, denegem, in animum meum inducere possum: non tuorem modo, sed omnes qui tuam commendationem modestia & eruditione merebuntur, gratissimi mihi hospites erunt. Pro amore

Tuo,

212. tuo, & tot humanitatis officiis filio meo nuper ex Suecia redeunti exhibitis, ingentes tibi gratias ago. Is mihi affirmavit, teneri te desiderio videndi epistolam, quam de Serenissima Regina Christina abdicatione ad amicum scripseram: & teipsum id me paulo ante rogasse meminit; Sed cum rem opinione & existimatione tua inferiorem judicarem, non ausus sum mittere. Mittam tamen, postquam ita vis, proxima occasione. Vale quambeligarde. Ex Junij 1655.

Tuus ex studio & cultu

B. Forsner.

Epistola. 66.

Salve vir Nobilissime &
Amplissime.

O beatum diem, & albo signandum
calculo quo nuper in Dambergia-
no meo videre te & complecti,
mihi contigit. Nunquam puri-
or sol, nunquam liquidior aër,
quam illo die mihi visus. Redire
parabam postridie in oppidum,
ut tuo aspectu, tuoq alloquio diu-
tius fruerer. Sed Dum curru
parato, Dum equi jungunt, Basi-
leam te discessisse nunciatum fuit.
Princeps meus ægre tuum abitum
tulit, tuig videndi singulare de-
siderium mihi tepatus est. Ac-

cepi

cepi post abitum tuum à Ven-tia
neris nostro Henrici Meibomii
opuscula historica, & Conringii
Machiavellum: pro quo munere
magnas tibi ago gratias. Cepit
animus legere Conringii anim-
adversiones: sed negocia me ha-
ctenus ipsa voluptate prohibue-
runt. Duas tibi promisi ve-
netorum Legatorum ad Senatū
manuss: Relationes, nitidam, qua
do inseris. Malem tamen Tho.
ma Contarei de Germania, & non
Alexii Valerii de Imperio Tur-
cico Commentarios per filium
meum Paulum ex Italico Latine
versi. Uterq; singulari prouden-
tia

tia scriptus, nostrorum tem-
porum Dominum consilia mi-
nificè instruere juvareq; potes,
si vero versionem expectare tibi
grave est, statim mittam. Vale
Vir summe & me ama. Thombel.
13 Aug. 1661.

Tuus ob studio & observantiâ
C. Forsner.

Epistola 67.

Vir Nobilissime & Amplissime.
Ex illo tempore, quo te Dambe-
rovii amplexus sui, semel ad me
scripsisti. Ego non respondi tan-
tum, sed & in literis meis plura
tetigeram ad quæ responsum ~~a~~ à
te, quanquam frustra hacte-
nus

216.

-nus expectavi. Promiserā me
de Imperiū, Germanico & Dur
cico commentarios, quales veneti
oratores ex legatione domum re
euntes secum reportare solent,
ad te missurum. Sed illos tibi
cordi non fuisse, silentium tum
arguit. Spero illos à Genuen.
sibi typis excusum iri: quod cum
factum erit, eorum exemplaria
à me certo habebis. Interea
mitto notarum mearum in tres
postremos Annalium Taciti li.
bros exemplum, quanquam nos si
ne multis mendis nuper Pran
cofurti excusos sint: non quod
illos legi à te mereant, sed ut
in

in angulo bibliothecæ aliquo tuæ, mei erga te amoris & observantiæ testimonium reponant. Responsum tuum cupidissime expecto. Vale Vir Nobilis & me ama Promberigardi VII Cal. Jan CIↃ IↃC LXII.

Tuus ob observantiam & amorem

C. Forstner.

Epistola 68.

Vir Nobiliss. & Amplissime.

Cum certus sim, ut qui certissimus, te bonis ac malis meis haud secus ac tuis affici; non possum te celare velim, quod Dei manu mihi inflixit, gravissimum, profundum & in ipsos vitalia penetrans, decessu mei Pauli Christophori

phori. De mortalitatem heri exiit
post tridui morbum, qui pleuri-
tis erat. Non utar ambitu tri-
stissimi casus. Ipse hominem no-
veras, ut ego. Judicia nostro-
rum hominum, hactenus ignora-
ta, post mortem experior. Omni-
um ordinum, principii, aulico-
rum, Senatu, LX virorum civitati
nostra, heri curiensium, Bla-
montensium delegati dolorem con-
tepati sunt, non tralatitio more
sed ex animo: certe nemo sine
lacrymis. Pluribus uti verbis il-
lig esset, qui non vere doleret.
Ingens dolor in suo silentio lo-
quet. Vale amicissime Vne non. Jan. 66.

Tuus toty.

C. Forsner.

Ep.

Epistola 99.

Salve vir Nobilis: & amplis:
Quod ad suavissimas tuas litteras, quibus dolorem meum ex filii morte conceptum solari voluisti nunc demum respondeo, ejus rei veniam mihi potiùs à te petendam, quam excusationem allegandam censeo. Fateor enim me casum illum non eâ, qua decebat firmitudine tulisse. Igitur pro officio isto aliq elegia, quâ mortem Pauli mei facundissime defleti & cui posea politissimorũ ingeniorum, Kerscheri ac Prosehii carmina subnexisti, ingenter tibi ago gratias. Velim & illis meo

220.

nomine agas. Pro reditu tamen-
to mitto tibi illustrissimi &
fortissimi Heroïs, Nicolai Co-
mitis Serinij, quem profecto
plus quam ipsum Cæsarem hodie
Turca pallet, effigiem, è prototy-
po expressam, quam affinis meus
nuper Fauerinô mihi dono mi-
sit. Musæum tuum, an perpetuæ
Musei cauitiæ tenebit, nun-
quamne lucem aspiciet. Vale
Nombel. X Calend. Aprilis CIↃ IↃCLXIII.

Tuus ob amorem & obseruantiam

C. Forstnes.

Effigiem supra memoratam
Bernerii fratri hodie tradi-
qui prima occasione Argento-
ratum mittet. Ep.

Epistola 70.

Nobilissime & amplissime Vir.
Non possum non vehementer succensere, vel ut affectui meo convenientius dicam, irasci, turpissimo oblivioni qua nuper, cum ob carmina in obitum Pauli mei à Kerchero & Praschio scripta tibi, & per te illis gratias agerem, debitam gratitudinem erga Clarissimum Schulzium, eodem functum officio, omisi. Ejus itaq; oblivionis à se & illo veniam peto summopere; rogo, nunc saltem viro profantissimo meo nomine ingentes gratias agas. Accepi nuper reliquas Jussi tui paginas. Earum erit pro

pro libro gratias agam, nisi me
ob mei proconium perpetuò
tibi obstrictum confitear.
Spero te nuper à Duoby civibus no-
stratibus Comitis Lerinii effigiem
accepisse. Dederam Beurnerio
ad fratrem argentoratum tran-
mittendam. At postquam non
satisfactum desiderio meo intelle-
xi, repetitam Duoby ipsi tradidi.
Gratum erit intelligere, Heroëm
ipsum salvum se & incolumem
munus tuo sistisse. Nobiliarch.
v. Id. Maj. CIↃ DCLXIII.

Tuus ob amore & observantia

Forstner.

Epistola 71.

Vir nobilis. & amplis. Mihi

Mihi vero modestia isthoc tua,
nec in amicitiæ leges peccat non
probat. Cum enim amicorum
non prospera minus quam adver-
sa communia esse debeant, profecto
non oportuit rem, quæ tuum meritū,
& Cæsaris judicium ac commen-
dabat, amico clam habere. Placui-
se Imperatori ingenium, eruditionē,
& erga Germanicum nomen studium
tuum, non minus ad illius, quam ad
tuam gloriam pertinet: neq; levioris
laudem habet, contulisse promium,
quam me ruisse. Et sane licue-
rit tuam tibi famam negligere; Cæ-
saris tamen beneficium silentio no
licuit. Verum quo pacto Impe-
ratori

ratori silentium excuses, ipse vi
deris: ego de privata injuria
conqueror: cujus non aliam satis-
factionem admitto, quam ut Cæsa-
rei diplomatis, honorum Tibi col-
latorum exemplar sui verbis de-
scriptum mihi transmittas. Acce-
pi literas tuas cum adjunctis Sto
kolmia & Upsalia scriptis: quas
quotidiani nostris tradidi. Fac
tet me profectò, meis precibus
tuas commendationes factum, ut
optimo viro Jn. Snezgero mole-
stissimi negotii procuratio acces-
serit. Credo plus quam satis ab
illo opera prostitum: & illorum

esse

esse, alias posthac via, quam a-
micorum nostrorum incommodo
rebus suis providere. De republ.
consulto ~~eo~~ mihi tibig parco. Vi-
dent omnium oculi, cogitationes, cu-
pa in bellum Turcicum defixa.
Erumpunt tamen undig conjecturæ,
alias acrioribus stimulis in secreto exa-
gitari rerum dominos. Hinc Hispa-
nius Rex, recurrentibus subinde mor-
bis fato propinquus princeps, fi-
lius ambigua famitate, cognitus,
filia Infans & per illig matrimo-
nium Leopoldus Imperator tot re-
gnorum & immensa potentia here-
des æmulor suspicionibus, metu, odi-
is urunt: inde Cæsar morbillo-
rum, uti vocant ægritudine, so-

Josephus frater pulmonum tabe
infecte, defuncto nuper Ferdinan-
dus Archidux, et tanta uni Si-
gismundo Caroloque, Archiduce, et tanta uni Si-
gismundo spei innixa, iisdem, Ca-
ri quaxime minuenda invisa po-
tentia, quantog reipubl. fiduci-
am, afferunt. Fiet quod Deo de-
cretum est. Vale, Monbelg. III. Id.
Julij. anno Chr. CIↃ. IↃ. C. LXIII.

Tuus omni studio & observantia

C. Fordner.

Epistola 72.

Amplissime & Nobilissime Dne.
Rara inter nos literæ commeant.
Tibi silentii rationem constare
non dubito: me mei reddere oqui
qd. De republ. omnes cum amicis
com-

commercium dudum à me interruptum nos ignoras: Privata mea morbos, ætatem, domestica mala mihi sola nota esse plusquam satis est. Nam prospera nunciare ambitiosæ, adversa male-querulæ importunitate non caret. Porro verecundia Numini ejus, quod forte & demens meo conto aly reminis amicorum fores inverecunde pulsare cogor. Quam mihi veniam libertatemq indulgeo, eandem amicis tribuere soleo. Scribant, sileantve, amicus, amicos habeo: neg. officia ista fralatitia præter ipsorum commodum exigo. Unum ejus ampliſsime Boeckhere

228

lere, quod a Te meo jure requi
rere posse existimo, librorum à
Te publicatorum communicationem
Cur enim, quo publico das mihi
cui omnia tua gemmis pretiosi
ora sunt, invideas nullam ratio
nem video. Vindicias contra
Blondellum, notarum in Grotium
post primum Specimen, quod pe
nes me est reliquis, Conductore
Carolino cur me cavere vis? Su
ministra quoso, quibus negociorū
tricis & tedia horis subsecivis foler
Vale Vir amicissime. Properabā
propriū. Calend. Jann: CIↃ.IↃ.CCXIV.

Tuus ex studio & observantia

C. Forstner.

Ep.

Epistola 73.

Nobilissime & amicissime Due.
Expostulaveram cum modestia tua,
quam probare non poteram, literis
III Id. Julij ad te scriptis: neq tamen
ad illas responsum extundere potui.
Ipsitio nunc filium meum Ludovi-
cum illig exactorem. Ut enim ore
alieno obstrictos indulgenter, ita
tralatitiu quamvis officii negligenter
levere habere soleo: Vale,
vir amplissime, & quod me a-
mare non desinas, responso tuo
testare. Monbeligardi. VII Kal.
Sept. ann. CIↃ.ⅠↃC.LXIII.

Tuus omni Cultu & amore

C. Forstner.

Ep. 74

Epistola 74.

Nobilissime & amplissime Vir.

Lectulo, cui me morbus tres hebdomadas integras affixerat, digressio prima cura fuit ad Tuas, quibus Piquillardi nostratis studia mihi commendaveras, respondere. Est Boeclere, genus hominum, qui pro confectis plerumque habent, de quibus superficiario sermone semel aut bis actum fuit; haud reputantes, plurium consilia calide initio coepta mox tepescere. Denig in plenariis omissionis frigus desinere. Vereor ne tale sit, quod de Collegio apud nos instituendo frisch

mannus & Kumplerus ad te
retulerunt; haud satis morum
nostrorum gnari, qui acriter
plerag sed non diu volung. Con-
silium istud Frischmanno &
Kumplero praecipue suggesto-
ribus Principi insinuatum fuit,
quod ego quog vehementer pro-
babam: sed prius de hominib
bus illi instituto idoneis, tum
de certis reditibg, ex quibg sa-
laria illis praesentg, cogitan-
dum esse ajebam; expositis si-
mul difficultatibg, quas in utrog
providebam. Rem tamen ex
ve pigio in rem; sarta tecta

sect.

veteris collegii decreta: sumpty
à Principe probiti. Inde de-
ferbuit paulatim ardor, quo re
decoram optabamus magis quam
promovebamus. Porro accidit
cis paucos dies, quod novam no
vo consilio remoram injecit.
Castri-Roderici Marchio, ille qu
Belgio nuper ab Hispania Reg
Gubernator datus est, cum vesti
nis vicinis nostris in hunc mo
dum transegit, ut Civitas pro
Imperatore & Imperio Ger-
manico in posterum Hispania
regem Dominum habeat: Civitati
leges, magistratus, immunitates
que cudendo moneta inviolata
man

manent: à sententiis Senatus urbici, quæ intra ducentarum libellarum summam erunt, nulla, ab iis, quæ illam summam excedent, ad viros ex ipsis ei-dem lectos judices ultima provocatio ejus. Præter hos centum circum-muranei, ex regiis pagi jurisdictioni civitatis attributi. Postremò publici studii, seu Universitatis condendæ facultas permissa: & sumptus in eam rem ex Regis ærario liberalitèr promissi. Senatus Dolanus, vestitorum fastigium suam injuriam interpretatus tumultuat quidem; at inani factione rumo-

rumore. Ita novam in limine
Academiam habebimus, quae, si cete-
ra respondebunt, amoenitate ur-
bis, aedificiorum splendore, civium
ad elegantiam morum ad ingenuam
sentorum humanitate & Germa-
nicam & gallicam juventutem, cal-
lem Romani sacris decretam (no-
stri enim apud Hyperionizantes nul-
lus locus erit) allicit. Video gi-
praclarissime Boecklere, in ir
ritum cadere quae de Roquillard an
cogitabamus, quae idcirco in alia
occasionem differenda sunt. Ig
Ser Nobilissime vir si tibi gra
to morabor videor. Multa
me & publica & privata incom
moda amicis & difficilem fa-
cim

ciunt, inter alia Baronis Boe-
neburgii casus plane inopinatus.
Quanquam enim omnes eiusmo-
di mutationibus non mi-
nus ac mare naufragiis infa-
mes vulgo sint: attamen neq in
sapientissimo & iustissimo Prin-
cipe iniquam in amore inconstantiam, neq in tanto integri-
tatis ministro culpam vel co-
gitare audeo. Neq profecto
anxius mihi sufficio inquirere,
quod istud & ex quibus talibus
generatum fulmen sit, quo uni-
cum prope, certo summum
Germanicae nobilitatis decus
afflatum sit. Paulo antequam
Ratisbonam iuisset, & post ex ipsius
comi-

Comitis epistolarum mearum
Editionem acriter solicitaverat
Et selegeram earum satis ma-
gnum numerum, quem ad illum
perferendum destinaveram, non
ut publicarent, sed ut illi pri-
vatim obsequerer. Nunc illo de
veteres calebras repetiere. Da
eo, qui Boeclere Annotationum
suarum in Grotium de I. B. & P.
primum volumen. Rem mihi
valde gratam facies, si reliquum
quoq; miseris: quorum lectio-
ne proficiam simus, ac cura-
rum mearum taedia fallam.
Multum mihi de te & per ho-
norificas superioris diebus
Sermo

sermo fuit cum Serenissimo Friderico, Ernesti F. Saxonid Duce, qui me, domi meæ ægrotum inviserat: quem ad vos salvum & incolumem redisse opto Sperog. Vale, & me, ut soles ama. Frombelig. propria Cal. Novembr. CIↃ.IↃCLXIV.

Tui observantissimus

C. Forstner.

Obsignaturo epistolam redditus mihi ps à Zehrnerio nostro Secundus volumen Annotationum tuarum in Grotium, pro quo summas Tibi ago gratias.

Epistola 75.

Nobilissime & amplissime Vir.

Rumplerus postquam ad nos

redit

rediit, bis omnino me vidit. De eo, quod Pegnillardi causa dictum scripsisse te ais, non dubito quin cum Serenissimo Principe egerit. Ego literas tuas cum illi monstrassem, non aliud responsum tuli, quam nobis illig commodis intercedere Deog bona cum sua gratia ei licere acceptare conditionem à Serenissimo Saxoniæ Duce Ernesto oblatam. Non dubito quin Rumplerus eadem ad te scripserit. Mitto tibi eorum quæ Vesontione nuper gesta sunt, cum Castri-Laderici Marchio illig Civitatis possessionem Dni Sponsi regii nomine apprehen-

der
quo
fac
no
cell
Jue
pro
Nob
Pri
far
no
qui
cit
co
pa
ru

deret, narrationem, cujus aliquot exemplaria à Julio, Joh. Jacobi F. Chifletio, Abbate Balerne, Ordinis Aureo-vellerii Cancellario habui. Vale amicissime Due, à Tui observantissimi
Bruxellis 26 Xbr. 1664 Forstnero

Epistola 76.

Nobilissime & amplissime Due.
Primus commoda valetudinis tuæ fama à Zomplero primum ad nos perlata, dein ab aliis quoq; nunciata incredibili me, pro amicitia nostra, dolore, & pro publico cura affecit. Subsecuta haut paulo atrocior, nescio quo autore rumor Jesuitas magnitinar veneno

veneno veneno tibi propinato
lentum, & in longum duraturum
morbum infudisse. Quis rei ali
percellere potuit ea me curâ ab
solvit. Nam ut non improbabi-
lis sit sceleris in isto hominum ge
nere suspicio, tamen tantum tibi
cum illis necessitudinis & fami
liaritatis intercessisse, ut scelesti
consilii exequendi occasionem habu
rint, credere non potui. Quic
quid ejus rei sit, de statu tamen
& valetudine tua certig aliquid
cognoscere summopere desidero
Scribe quoso, & hunc mihi mo
lestum scrupulum exime. Ego
quotidiani experimenti me se-

neu

nem esse Doctor. & otatem non
amplius devexâ, sed plane pro-
cipiti ire videt. Nihil ultrà
in medicis aut medicina opis.
succurri defiscenti navigio no
potest. Procipua igit mihi
cura est, cum Deo Opt. Max.
transigere, multiplicium ante
acta vitæ criminum veniam
orare, à negotiorum tumultu,
quantum licet, me subducere &
terra levatum coelo animū in-
tendere. Quam rationem, tam-
etsi & ætas & valetudo silenti-
um meum & literarum rarita-
tem satis excusent, apud te ma-
xime valituram spero: rogag

ut

ut de meo erga te amore & observantia nihil dubites. Vale, magne amice, & me vicissim ama re perge. Monbeligardi prid. Cal. novembr. ann. CIↃ. IↃCLXV.

Tuus perpetuo cultu & observantia

C. Forstnes.

Epistola 77.

Nobilissime & amplissime Dne.

Ipse tibi propositum, Friderici, qui vulgo tertij vocatus, Imperatoris vitam describere Rumpleri⁹ mihi nuper retulit, ignaro, te jam manum operi admovisse. Si temporiꝰ ejus rei certior factus fuissem, non expectassem, ut me rogoras, quod

quod sponte obtulisem. Extat
in bibliotheca mea anonymi au-
toris, illarum temporum bonorum
volumen latis grande, antiquo cha-
ractere Germanico exaratum, tam-
etsi locis quibusdam mutilum,
quo proter alia, quaecunq diuti-
no Friderici imperio pace &
bello contigerunt cum cura ex-
ponunt; Nisi tardum nimis es
pro opus tuum jam ut intelligo,
prolo subjectum, confestim mitta
vale, vir nobilissime, amicorū
integerrime & certissime. Nom-
belligardi vr. Jan. CIↃIↃCLXVI.

Tuus omni amore & observ.

C. Forsner.

Epistola 78.

Nobil.

Nobilissime & amplissime Dne.
Bono publico operatum haetenus literis meis interpellare, mihi religio fuit. Neq nunc à Domino nuper reverso gestorum narrationem exigo. Satis erit, sanitatem & reliqua prosperi tui status ex literis tuis intelligere. Vale Nobilissime Dne. & me amare. Monbelig. VII. Cal. Mart. 1667.

Tuus ex observantia & amore

C. Forstnes.

Epistola 79.

Nobilissime & amplis. Dne.
Cum duo filii mei nuper patrem Burlaei visendo iter argentoratum versus instituissent,

Se

Te quoq; invisere, & meo quoq;
nomine reverenter salutare jus
serom. Alle-qui fratrem ante-
gressus, prior rediit, bis Te in a-
dibq; tuis, sed frustra quæsivisse,
mihi retulit. Ergo, quod per
illos mihi tecum non licuit, nunc
ipse hoc Epistolio facio; anti-
quam erga Te observantiam
mihi perpetuo constare: neq;
quicquam mihi gratiq; nunciari
posse, quam bonam Tuam va-
letudinem, & cætera domq; Tuæ
prospera: quibq; tametsi nun-
quam nisi ad publicam utilita-
tem te uti, plane compertum
habeo; tamen valde consilium
tum

tuum probo, quod ex literis tuis
nuper ad Cumplerum scriptis
didici, Te aulicis & negotiorum
tricis relictis, studiis posthac
ex ipse vacaturum. Utinam
amicissime Dne, prostares,
quod postremis Tuis dicebas, Te
ad nos excursionem parare.
Nobilissimus Bernhold. à
pluribus mensibus eandem mihi
spem facit. Exequimini, quod
vos, minas vestras, & comitem
adscisite optimum Bernegge-
rum, in oppido nostro, vel in
apricatione Dambenoiana dies
aliquot confabulationibus conte-
remus, jucundius simul & uti-
libus

libg. vale, vir summe, & me
ama. Frombelig. VI. Id. Junij ann.
CIↃ. DC. LXVII.
Tuus omni observantia
O. Forstner.

Epistola 80.

Nobilissime & amplissime vir.
David Thevenotg, Principi meo
à secretis mihi significavit,
filium se Argentorati habere,
studijs haud segniter operantem,
etiam tuâ admissione alloquio
beatum: rogavitg, ut eum tibi
literis meis commendatiorem
redderem. Non sum equidem
ignarus, quanta promptitudi-
ne Tua sponte currentibg stu-
diosis adolescentibg calcar addere,
viamq;

viang ad veram, & publico utilem eruditionem monstrare soleas: nolui tamen id officii rogati amico negare, cuj occasione responsum. ex quo rerum tuarum presentem statum cognoscam elicere. Vale vir summe, & me ama. XV. Cal. Oct. ann. CIↃ. IↃCLXVII.

Tuus omni cultu & observa

Forsner.

Epistola. 81

Nobilissime & ampliss. vir. Caroly Du-Vernoy, verbi Divini in oppido Hericuria Minister filium suum argentorati

Studij

studijs operantem tibi occasio-
ne collegij quod in ædibus tuis
habet innotuisse mihi dixit, ro-
gavitq ut quia me in tuorum
amicorum numero habes, eum
tibi commendem. Quod non
illubentes facio, cum amori
quo omnes elegantiorum lite-
rarum studiosos prosequor
satisfaciens, tum patri quoq
gratificaturus, viro perdocto
& rarae modestiæ Rhetori;
postremo ista quoq occasione
usus eliciendi responsum ad
meas quas prid. Cal. Jan. ad
te dedi vale Mombel. viii Id. Febr.
Tuus ex amore & observ.
Christ. Forstner

Epistola 82

Magnifice & amplissime Dne.

Si mihi minq fiducia in humanitate Tua, quam reverentia ex illo fastigio, cui Te virtus ac meritum admovit, superesset, abrogantia nimia forte Te venerari mihi non liceret. Verum cum illud bonum, quod toti Germanie ex Tuo ad nos reditu contigit, tam late se extendat, ut omnes sibi de Te tanquam postliminio reverso, veb ut reliqui audacij loquuti sunt, ex Tecorum plagis recepto, gratulentur, nemini non talium, me quoq Tuo adventu ag

ci nirum videbit. Nam prote-
quam, quod reliquor meriti Tui
amplitudo ad Te colendum in-
vitet ac ducat; me ipsum prae-
ter officium, illa benevolentia, q
dum in familia Tua vixi, in-
numeris beneficiis Tibi totum
obstrinxit. Hinc cum Tibi tam
firmo ac indissolubili vinculo
jam olim querim devinctus,
spero, Te impositurum humilita-
tem Clientis non aspernaturum,
quamvis ego patrocinii Tui ho-
norem nunquam digne demereri
possim. Ad tantam spem si acce-
dere mihi fas, & vota si non

frustra

frustra erunt, jactura, quam te abeunte olim feci; compensabit ac novi favoris aura revigescet. Vale Patrone Summe, ac me ama. Nombelg. 15 Julij 1652.

Nominis Tui meritis devotissimum cultorem. Paul. Christ. Fortne

Epistola 83.

Amplissime Dne.

Quod vix semel auspicium, iterum tendo, & quod antea officii ac debiti ratio mihi extorserat, nunc tibi serendi studium, idem mihi injungit. Utinam tantum votis Tuis sufficere, ac illam spem quam mihi proclare de me Tu Scepsti, implere possem! Sin quam

quam ad illud maturitatis culmen, cui immerentem me destinaveris, eniti possem, nulli certe plus quam Tibi deberem. Nam quanta cura studia mea olim adjuveris, quanta benignitate me privatim semper admiseris, nunc non dicam, cum rubore suffundar inter eos debitores esse, qui pro conscientiam debiti, nihil habent quod creditoribus opponant. Exulto tamen mihi oblatam a Te occasionem, Tuis praeceptis, cum omnis alia Tibi placendi ratio mihi nunc desit, parendi. In literis enim suavissimis quas nuper ad me dedisti Gallica nova Tibi com-

communicare, me jusseris. Facile obediam, sub hac tamen lege, si quo forte eventu propria non comprobant, re aliena fidei rens fiam. Iuppe in tanti Gallia Turbis, non minus privati quam magnates partibus Dent, & quod si mann consili audent, ibi remini noxia gude Sed sopius mendacissima libertat tuent, ac peregrinis imponu Nos quamvis vicini, idem fatu experimur, & licet per quing dierum intervalla, semper re centes litera Parisiis advolent in iis sopius fidem desideramus fide tamq dignissima, & quo à plu

pluribus diversa etiam factio-
nis nobis scribent, significa-
bo. Hac vice ita comperi. Au-
relianensi, Valesii Ducis filii
unici obitum intempestive
luget; Rex ad patruum suum
Ducem Donvillensem ablegavit,
qui in filii morte eum soletur.
Eadem legatione Rex instituit
apud Aurelianenses, ne Cardina-
lis bona amplius sub hasta veneat,
iste ad Parlamentum negotium
rejecit, quod Statim Regis postu-
lata non admisit. Regii inte-
rim cum ministris armamen-
tarii Parisiensis, clandestinum
consilium de loco illo eis prodendo,

unde

unde ad Bastillam extractis por-
tis facilis aditu erat, invere-
verum inita fuit ista molitio,
nam deprehensi autores in vin-
cula missi sunt, præcipuus ta-
men quem Clapissonum vocant
ad Regem fugit, ac periculum, cu
fratrem substitutit evitavit. Ca
Diraby ferio de secessu cogitat,
ac Principum furori cedere, cog
tur. Ast consilia quæ Gallian
vix tranquillam reddent, innitu
Ei propositum est Parisios qu
den, at non Gallian relinquere
Nam cum Episcopis Gredensi de
Suo Episcopatu his conditionib
transegit. Quadraginta mille
libra

librarum Turonensium ex redi-
tibus salinarum Lotharingicarum
quotannis ei à Cardinale pendanti;
Abbateja Orcanensis, cujus redit⁹
lx millia tb. Turonensium exce-
dunt ei donetur ac Marchionatus
vernevlensis in Ducatum mu-
tetur. His conditionibus consen-
tiente Rege conventum. Romani
Pontificis confirmatio adhuc ex-
spectatur; hanc totis viribus au-
relianensis impedire nititur, ac
Romam hac de causa Legatum
misit, ut ibi Cardinalis voti
intercedat. Hoc consilium
ipse Cardinalis, cum aliud ja-
ret, nondum pro confecto habet.

Nam

Nam Neptis suæ Montachinæ
cum Bullionensis Ducis pri-
mogenito nuptias cogitat. Hui
in dotem Rex Pedanum largietur
ubi Cardinalis sub umbra in
Neptem amoris, speciosum exi-
lium patietur. Verum Principis
ambitio ac odium illud implaca-
bile, quo Galli in Cardinalem fe-
runtur, hoc non admittet. Tu in-
terim vale, & ignosce literis qui
Tibi placendi studio in tumen-
tum excreverunt. Monb. 17 aug. 1652.

Tui meriti studiosus observan-
tissimus. Paul. Christoph. Forstn.

Epistola. 84.

Magnifice & amplissime Dne.

Non

non expectassem Tuas, si ob-
servantiae quam Tuo nomini
debeo, mihi silentium non im-
posuisset. Nam cum materia
nulla se obtulerit, qua litera-
rum fastidium aliquo mo-
do levare potuerim, malui si-
re, quam meriti Tui non ser-
vans videri. Attamen honori-
fica illa Tua invitatione, ac
demptis coteris literarum obsta-
culis, animum resumo, & quo-
dam jussisti, iterum exequor;
imprimis autem cum Tuo Comi-
tis ac Bavarorum bella, quae no-
bis Gallicarum literarum commer-
cium

cium Ademerant, non amplius
nocebant. Omnia ibi adhuc ad
turbas & Coder. prona, & nihil
in tranquillo. Cardinalis Rudesi
captivitas, Nobilitatis, populi ac
præcipue Cleri animos adhuc deti
net qui omnes postquam pro epi
libertate preces frustra impen-
derunt; vindictam nunc meditan
Hujus causa nuper prope nemu
vincentense incendium. Parsum
est, ut inter hominum accursu
& tumultu, inde eam abduceatur
Verum Regis consilium facile fu
olvit, qui statim locum illum va-
lida Statione firmarunt. Car-
dinalis Barberinus à Pontifice
nunc

quuntur, Parisios appulit, qui
Radesii libertatem urget, ac eum
Romam ducere nitit. Incredibi-
le est quantum Dius suspiciosus
hac Radesii detentione in se au-
geat, licet hujus facti invidiam
omni modo declinare conetur. Scri-
psit nuper ad Cardinalem ipsum
ac archiepiscopum Parisiensem
huic sanguine junctum, ubi eos
solat, ac contra ejus mentem
illum detineri asseverat. Addidit
alias ad Reginam, ubi laudando
ejus merita ac in Regem fidem
extollendo, ejus libertatem flagi-
tat. Verum qui sciunt hujus ipsi
Radesii potentiam, plebis favo-
rem

rem ac Aurelianensis amici-
tiam suspectam, hoc specioso ver-
bis, re inania aut subdola esse
agnoscunt, praecipue cum Chazor-
nus nullo apophtegmate gestus in-
claruerit, quam illo quo palam as-
rit, se verborum ac fidei non
esse mancipium. Interim Hi-
spanus discidium Gallorum poten-
tiae Dubokerkam, Grevelingam re-
ceptam Bajonae obsidionem co-
gitat, cui tolerandae Dramontium
Campi magister à Rege destina-
Condoi auspicium Vervinum a
Deditionem pervenit, ubi Septi-
gentor praesidiarios reliquit. Re-
gii ad illud oppidum recuperand
exer-

exercitum ducunt. Lutetiæ, Regii inter adversa etiam leves choreas saltationes ac scenas in adventum magarini apparant. Eodem adventante Neptium ejus nuptiæ magna pompa instruentur quarum singulæ dos est 600 millia ℔. tb. Turonensium, & ut Regina nullam colendi Cardinalis occasionem intermittat, singulis 300 millia ℔ tb quog donat. Una Gandalia Duci, altera Armamentarii Præfecto nubit. Andegavensi, Regis frater fortuito casu incendio fere periisset nisi domesticorum fides cum periculo subduxisset. Thomas ex Salandia Duabus,

qui

qui absente Mazarino consilii Regis praeses est, obtinuit, ut Sabaudiae Principes in legationibus eundem locum quem exteri Reges, occupent, ex antiquo illo jure, quod sibi in Cypri Regnum competere, ambitiose jactant. Hujus exemplo Lotharingiae Duces cum naturalibus Regum filiis, in legationibus eundem locum sibi vindicant, quorum illi Hierosolymorum, hi Navarrae Regnum sibi adjudicant. Nec hic stetit ridiculosa res. Veneti Sabaudo se opposuerunt, quoniam Regni hoc, quod Serenissimae Reipub

g. a Turcis ereptum nulli alii
competat, quam illis penes quos
erat possessio. Verum Gallicos
questus non admiserunt, unde pro-
pediem Lutetia Venetorum Le-
gatus discedet. In Germania
nostra similiter omnia mutant,
nec pacem diuturnam fore
prudentiores existimant. Comi-
tia enim propediem dissolvent,
cum Austriacis sufficerit, Electo-
res eo adegisse, ut ex domo regna-
trice diadema non auferat.
Verum cum non pauci ordines
procacem istam Electionem
damnent, Ratisbonæ Imperatoris
filius

filius, Romanorum Rex non proclamabit. Augusta renovato servitutis Germanico fœdere erit, ubi Electores, qui cum vindices libertatis esse deberent, sunt instrumenta servitutis, Cæsarem officii specie comitabunt, ac ibi Germanis Regem obtrudent, Non dubito quin injurias illas, quas immerito Sveci in his Comitiis affecti, eor ad vindictam impulsura sit; Et revera ab Illustrissimo dignationis Principe hæc scripta est, eos cum inferioris Saxoniæ Ducibus ac Reipubl. Hanseaticis jam fœdera pangere, ad quorum

Rom

Principum indulgentiâ amissam libertatem recuperandam. Vale cum Tuis ac me ama. Kalendis 1. Febr. 1653.

Tibi ob observantiam addictus
Paul. Christoph. Forstner.

Epistola 85.

Amplissime Dne.

Literis Tuis XIV. Febr. datis, mihi peropportunis redditis fuisti, nimium frequentibus literis meritò supersedisses. Nam cum occupationes Tuæ, quas pridem bono publico addixisti, me non lateant, ut levibus de causis intercedere religio mihi esse debebat. Tamen cum iterum scribere me

me jusserit, ac dubitanti mi-
hi calcaria addiderit, studium
tibi parendi, crimen si quod in
currum, facile ut spero, expia-
bit. Cardinalis Mazarinus,
Lutetiam non sine composito ap-
paratu, intravit. Nam prodi-
gus nobilitatis pars, corpentis
inter eas & Regis apparebat, ob
viam illi ivit. Quamprimum
in conspectum Regis venit Car-
dinalis, rheda egressus est, ac pe-
dum Ministrum, secum eadem
carruca in urbem duxit. Hic
longe alia facies, nam quamvis
procipuos urbis vicos, cum Re-
ge circumiverit populi gratu-
lantis

lantium ei voces non audito,
nulla lætitiæ signa edita, sed
dejecti omnium animi, ac cum
[illegible] reliquorum linguas, metus pi-
culi retinuisset, pueri, qui in nul-
lum unquam probra & convicia
evibraverant, in Prodonem non
minus quam Proditorem Patriæ
convitia subito dicerunt. Se-
quenti die ejus propter cum sequu-
ta sunt, quarum nuptiæ Latine,
ut superioribus significavi cele-
brandæ erant. Verum optimi-
or conditio, ab hoc Consilio Cor-
dinalem retinuit. Major enim
ratu, Sabaudiæ Duci, cum spe
auxilii contra Hispanos destri-

nabat

rabat verum hujus ministri matrimonium impedierunt, cum indignum Sabaudico fastigio, ignobili loco natam, Sabaudiæ principem dare. Superfunt duæ alii proci, qui has nuptias ambiunt. Hujus, cujus adhuc duæ conjuges superstites, ac hac de causa repulsus; alter Marcurtius, qui pro filio adhuc impubere, has nuptias frustra quæ flagitavit. Barberinæ à Pontifice muntij, his frustra ad Cardinalem admitti postulavit, tertia vice jam discedens revocatus, honorificis verbis. Nazari, culpam

culpam deprecatg ꝙs. Dic nul-
lg momenti acta, tantum adi-
tum ad Regem ope Mazarini
poposcit, cujus & repulsam fert
quam primum se abiturum, mi-
natg ꝙs. Rex haud ignorans La-
defii libertatem Pontifici cordi
esse, omnes moras nectit, ve-
rum Legati animi territg, pro-
pediem aditum obtinebit. Rex
enim Pontificem offendere veret
siquidem ꝙs cum aliquibg Italiæ
Regulis, militem scribat, cui
ufui incertum. Causam hujus
bellici apparatg Legatus Gallo-
cus super Regis nomine que-
rit; à Pontifice responsum
tulit,

tulit ; hinc exercitum colligi ad
securitatem ecclesiæ tuendam, &
terrorem eorum ; ninia moli-
untur . Cardinalis Mazarinus
iter in Galliam quam Thraciam
agit . Nam ad proximum ve-
quinquaginta millia peditum, cum
xx. millibus equitum ad bellum se
invitaturum affirmat . In pro-
vinciis adhuc omnia turbida, &
omnia ad bella spectare. Burdi-
galenses ex Conti consilia suspecta
sunt, & ex insita vulgo levitate,
mutant . Si non sponte ad ob-
sequium redeunt vi cogentur, cum
obsidio jam sit. Statuta . Gerlia
est illa, qua Bellogardia in
Burg.

Burgundiæ, imminet. nam Di-
vionij & Pervorij omnia ad ob-
sidium necessaria, magno studio
apparat. Horcurtij Lutetiam
Baronem misit: Legatum mi-
sit, verum minus grata Duci
obtinuit? Profectura enim
Briacensis nondum illi confir-
mata est, in cujus vicem Aquita-
nica ei oblata est. Non dubito
quin hoc ægre ferat, & si vires
adsint hanc injuriam ultum
iret: verum cum mihi bene
cum Carolino cui militer pro-
fidei addicti, ei conveniat,
fides illi si non utilis tamen
necessaria erit. In hoc aula

apparatu

apparatu, minime condonas
deserit qui ambitione procep
dominandi cupidine coecus, Cor
sinalis Dei impotens. Hispani
nimium fidit, ac Regis iram me
rito in se derivat. Tenacem
procipuam rebellionis arcem
munit, ac omni apparatu belli
co illicit prospicit. Amicos
quos multos Lutetia habet, mo
nuit, ut ex prediis ac arcibus
quas circa urbem habent, opes fa
cultates in secura loca trans
vehant; sibi enim propositum
omnia usq ad urbis moenia &
cupressibus igne ac ferro vasta
re, urere, diripere. Hoc ex
Gallorum sera, vereor ne ge
ma.

manus nostra propediem haud
mitig fatum sit rursus subeun-
dum. In Comitijs enim nihil
praeter sacra, convivia, compota-
tiones & genii ac gula instrumen-
ta excogitant. Interea tem-
perantior Cæsar solus sobrius, Bava-
ricam domum, nimiis beneficijs
auctam, ac fere super Cæsaris fa-
stigium elatam, Palatina favore
ac gratia palam deprimit; Fir-
mata in domo sua, Imperatoria
dignitate, cæteris Ordinum com-
moda negligit, ac ut tempus im-
utilites effluat, procedentis ri-
xas, quas facile, si animo esset
sua auctoritate cohibere pos-
set, sponte recipit ac permittit.

Ser

Per quatuor menses principium comitiis nondum factum, quis non indignatus? Excusat quidem hanc moram Caesar, inferiores Saxoniae Duces nondum convenisse, Suevos pacis legibus non satisfecisse, & nihilominus ad Comitia admitti velle. Verum quis nescit contra Caesaris auctoritatem esse, expectare vasallos, qui eo ipso secundum Imperii jura, quod ipsi non convenerunt, jure suffragiorum cadunt. Suevos autem domui Austriacae invisos esse, qui alteri faveri potest? Nam tantis viribus formidolosi, ac vel solo nomi-

nomines omnes docentes Austria-
cam domum non esse insepara-
bilem, omnino eorum potentia
suspectam habet. Pacem intra
limites sacros sacramentum illud
monasterii dictum, continuit, quod
quamvis haereticis datum, tamen
servari debuit necessitas. Ser.
opportune igitur Brandeburgi-
cus advenit, qui Pragae de
Saxonum iniquitate querens,
auxilia ad recuperandas di-
tiones à Bero detentas a Ca-
sare & Saxone postulavit. Ad-
huc visi sunt, & Caesar cur
occasionem hanc tanquam coelo
delapsam non arripiat? Multi
nihilominus querelis Brande-
burg.

burgicorum jam satisfecisse Suecos, asserunt. Verum conventus qui à Caesareis, Brandeburgicis ac Saxonicis nuper admodum Pragae ejus institutus, ac apparatus ille Pontificii, vix aliquid toti portendunt. Proterea Gallarem hoc incendium tam cito extingui permissurum non arbitror, cum Catholicis nulla exoptatior occasio occurrere possit, quam Protestantium potentiam suis coeptis adversantem, & pene semper victoria totum ita mutuis armis inter se collidere. Quid Hispani ad Serenissimam Reginam vestram Legatus, nuper voluerit, nobis

non liquet. Multi existimant illum Leoor in societatem veli Angligani, contra Belgas, inducere cupivisse. vale & scripti calamo ignosce. Frombel. IX. Febr. CIↃ. IↃCC. III.

Tui meriti observantissimus
P. C. Forstner.

Epistola 86.

Amplissime Due.

Suavissimae Tuae literae heri mihi redditae sunt, quarum auctoritas & prudentia in rebus nobis pergrave ignotis, ac obscuris mihi sufficientes satis erit. Unum tamen me vellicat, quod in iis certiorem me-

reddis.

280.

reddit de Austriacorum consiliis, quibus Polonis in Livoniam ingressis intempestiva ambitione suaserunt. Verum quamvis alium de hoc quoq; innotuerit, Polonorum tamen civilibus discordiis occupatorum, ac forsitan Caesarianis ac Scytharum Europaeorum bello attritorum, vix ad hoc consilium descensuros arbitror. Ad hoc superiorum eladium ~~ad~~ ac Sueciae illatarum adhuc memores, vix aliquid hostile contra Sueciam, multo nunc potentiorem, tentabunt. Ita Gallia nuper vulgatum est, Polonia Regem fato functum, cui à Pro

ceribus

ceriby Regni Gondour. succes-
sor destinat, sed rumor iste va-
na sive sine dubio percrebuit, &
Galli quos ambitiosi hujus Princi-
pis tædet, irrita spe ac inanibus
votis eum Polonis Regem obtru-
dunt. Parisiis omnia, tanquam
in alta pace, ad choreas & ludi-
cra spectant. Nuper enim saltato-
tiones rex instituit, quibus illustri-
um matronarum animos, non le-
viter a se abalienavit. Nam cū
procijsuorum Principum conjuges
cum Rege saltandi honorem sibi
poscerent, inconsulto Cardinali
favore Rex cum hujus Neptē cho-
ream duxit, quod, ut sunt gallicæ
fœminæ non minus quam viri,
decoris

decoris sint observantissimi, non parum eas offendit. alter aulicorum cura est. Cardinalis bona sub hasta distracta, disqui rere ac evincere. Verum frustra laborant, cum principes Mazarini facultates in Poloniam aut Sveciam devectae sint. Cardinalis interim pollicitationibus, blanditiis ac muneribus, multos à Condoi partibus ad suas allicit, verum cum multis imponat, pendes nisi statim exsolvat, ei non habet. Stabiliendae ac firmandae dominationis ac potentiae multas sibi cognatas ex Italia & Sicilia adscivit. Unam ex

ex illis Harcurtii primogenito
despondebit; si Burjacensi pra-
fectura in gratiam Candalii
ducis, recepit suo sponsi, renun-
tiet. Harcurtio Burgundio-
profectura, Sperronio, qui
nunc ei praef, Aquitania desti-
nat. Verum hoc Harcurtium
pessime habet, qui super palam
de Cardinale, quod sui beneficii
dignam gratiam non referat, ac
in se peccatum originis (ejus
verba sunt, stirpis Lotharin-
gica) Deum deplorantis: I rigide
nimium puniat, conquestus est.
Multi ejus hortatu Lotharin-
gos, ac cum iis plures Hispa-
nos adventare, asserunt. Quic-
quid

quid fit, certe cum posseni co-
nite, cujus arcem & totam di-
tionem militibus cinxerat, parum
honorificis conditionibus transeg
verent, multi ne Hugenotarum
factio in Gallia Narbonensi po
longum intervallum rursus crum
pat. Pontem Pestulanum jam à
Rege defecisse fama vulgat. In
Aula, aurelianensem jam in gra
tiam cum Rege rediisse, fingit
veram palam es, aurelianensi
instinctu in Lingvadico ejus-
modi factiones fovere, quo Re-
gem vehementer exercebunt: Hi
Spanus, his Gallorum turbis me
rito totaret, nisi Lusitanio

Regis

Regis impulsu, qui nimio Hi-
spaniarum processu angit, quan-
ri armarent, ac in Hispanias
excursiones pararent. Radesio
Cardinali nuper libertati resti-
tuto, si coadjutoris Parisien-
sis dignitati renunciat. In hu-
jus officii vicem Episcopatu Lugdu-
nensis (cujus Episcopus nuper
obiit) offertur, sub conditione tamè
spontanei exilii in Italiam. Ve-
rum respondit, cum captivi nul-
la voluntas sit, se sine pristina
libertate, de re tanti momenti
agere non posse. In Comitiis
nostris, omnia adhuc pro no-
ve claudicant, in ipsa nescio
quis

qui hoc carmine lusit, quod nisi grave leges. Vale Patrone sume ac semp ama.

Nomini Tuo addictissimus

Festinantes XXX Martij CIↃIↃCLIII. L. C. Forstn

L. S.

Cusensis Comes Brisacum a Lotharingicis militibus, corona cinctum iri, vulgavit. Profecti Brisgovia, genero suo, qui hic degit, literis significavit, sibi a Cesare mandatum Brisacensibus omne commeatum denegare. Parens plurimum salvere te jubet, ac tuis responsionem proxime promittit.

Epistola 87.

Vir Summe.

Quamvis statueram omne literarum officium differre cum propediem coram te venerari

Spera

sperem, ne videar tamen affectui Tuo in me sufficienter respondere, brevitas de rebus Gallicis angustiam te movere. Condei porter omnino mutant, ac omnes factiones ejus, si Burdigalensem excipias, evanescunt. Belgardia commeatu inops, praesidiorum destituta ab Epernonio Burgundia profecto obsidet, ultra bimestre, obsidium non sustentura. Hieron: Bignonij Grotii amicitia ac propriis dotibus clarus, coram Rege, vehementi oratione Cardinali tot clarissimorum virorum exilia impune exprobravit. Aurelianensis cum Rege in gratiam redit, Lutetiam pro-

gredien

pediem rediturus. Burdigalen-
ses cum Anglis foedus meditaba-
tur, Sed Mazarini artibus à foede-
re detenti Angli, qui Regis Gallia
amicitiam, invalida urbis foeder
antehabuere. Belfortium cum
cetera ditione Leucterrensi Car
pi magistro, olim Lotharingis
profecto, donatum est, ac mili-
tes ad loci obsidionem promisi.
Verenur ne Suessis comes in
Senio Consilio, ac populationib
sibi ipsi exitium accersat. Nam
milites Regios huc transeuntes
saevissime infestat, quam injuriam
regio ultum ibunt. Vale Patrone
Summe ac amare perge

Clarissimo nomini Tuo addictissimus
4 Id. 1653. P. C. Forstner.

Epistola 88.

Vir amplissime.

In itinere omnia mihi ex voti successissent, si modo Tuas absentias cum argentorato transissem, de integra felicitate non parum detraxisset. Sperabam enim me sine Tuis ad amicos literis non discessurum. Verum quamvis ea spe, pectore meo fato excidierim, confido tamen cum in procinctu itineris Svevici erimus, Tuas subsequuturas, quas mihi ad magnos Orbis Heros aditum parabunt. Interim rogo, ut Nos quam primum ad Parentem curas, ac ignoscas mihi

mihi qui hanc curam audet [illegible]
bi imponere. Vale Patrone Dum
me ac me ama. Hamburg 1x Junij
1653. Amplissimo Excellentiæ Tuæ
addictissimus P. C. Forstner.

Illustris Rosenhanius salutem tibi dicit.

Epistola 89.

Amplissime Dne.

Cum contra spem nuper accidis
set, ut subito à vobis mihi di
scedendum, factum est ut te insalu
tato huc mihi properandum fue
rit. Hinc faveritq; jam ne illa
actione officii mei partibus defuisse
videar. Verum subitò de occasio
ne illa, cum quia huc devens à
mercatore nostrate monitus, non
potui

polui Te summo meo dolore con-
venire. Spero, Pue, Te hanc no
spontaneam inhumanitatem haud
damnaturum, cum mihi plane
nihil de observantia, quam meritis imo
Tuis vovi, decesserit. Quin ite-
rum novis vinculis nuper obstri-
ctus, ubig laborabo ut me digni
Tuo favore prosequem. Expectamq
hic quotidie Dominum Torerum,
cui parens nuper scripsit, ac Tua
commendatione in convictum ad-
misit. Si ab illo epistolam acce-
pisti fac nos certiores an in pro-
posito persistat aty perduret.
De Gallicis rebg si pauca adde-
re licet, Condaus x milia equi-
tum ac 10 milia peditum, quos
pro

propriis sumptibus conscripsit, nuper ex Hybernia eduxit, qui Regios male habet, siquidem de tantis hostium copiis securi erant Regius exercitus à Turrenio nuper in Castra ducti est, ubi istius numerus non respondet, nam ultra XII. millia peditum non invenit. Equitatu Condonus propollet. Fox cum anglico tyranno adhuc in ambiguo est, quem ex multis locis jam sit omnino certo. Hispano Legato Gallorum votis interfuit, dum optimos conditiones offert. Incredibile est quanto desiderio ubique scopus armorum Suecicorum expectetur. Vale cum lectissima con-

conjuge, & si quid de hac certi habes,
fac ut sciamus, ac favere perge
Excellentissimi Nominis Tui
devotissimo Cultori
Paulo C. Forstnero

Frombel. XIV. Junij
CIↃIↃCLV.

Gaudeo Te salutat, qui proxime ad
Te dabit literas.

Epistola 90.

Amplissime Dñe.

Quamvis occupationes Tuas, quibus rei literariæ bono assidue vacas probe noverim, ac ob eas à frequenti nimium scriptione deterreri deberem, non adduci tamen possum, ut observantiæ in Te meæ ratio infrequentiæ Tibi condonet. Spero hunc conatum à Te non improbatum iri, siquidem priden

jam

294 jam dicerem Tibi proter reliqua
Doter comitatem vel maxime fa-
miliarem esse, cujus fiducia cum
peco, ejusdem beneficio me cri-
go ac consolor. Hoc spe factum
ut nunc non erubescam rei nobis
ignoto cognitionem à te flagitare,
quem unum in his oris certa de
his habere auguror. Fama est
Polonos, postquam arma à Sueci
illis illata, à Rege suo defecisse, ad
Carolum Gustavum ad Sceptrum ad-
scivisse; quæ si vera sunt, quamvis
nihil verisimile videam, ad Sue-
cum jactum non possum satis obs-
pescere. Jugenter enim exer-
city ab illis lectos in summa
nummorum penuria; Polono ar-
ma

arma feliciter quamvis certe non
admodum juste illata, jam succum-
benti Moschis, ac pacem iniquis-
simis conditionibus empturo, nec
adhuc fiduciis finitis, quis est qui
non impensius miret? Nec hoc
supore minus dignum erit, si di-
versa religionis homines, & prae-
cipue Catholici Regem acatholicum
& horeticum tolerare voluerunt.
Tu Excellentissime Domine, si de
his quid certi habes haec sciamus.
In Gallia Ticini obsidio à Galli
& Modenensibus, certo ut sperant
successu, suscepta est. Ex Neapo-
litano regno subsidium urbi spe-
ratur; verum si fides quibuidam

impes

nuper Galliae ad nos redeuntib
habenda, jam ad deditionis pa-
cta urbs devenit. Veneti Tur-
carum factionibus recte usi, Te-
neton Insulam expugnarunt, ac
Classem Candiam properantem
penitus fuderunt. Anglica Clas-
sis quo argento Indico inhia-
bat divisa, bis ab Hispanis vi-
cta dicit. Gallia Rex ipse in Ha
driam excursionem fecit, satis
prospera, nisi quodam cohorte
quatuor fuisse constat, a Con-
daiani deleta essent. Trans
vany, Moldaviae Despotam in pr
vinciam irruentem cum magna
Dacorum clade repulit, ipsum
tyr

